non erubescam Neque
irrideant me ĩimici mei:
etenim universi qui sus
tinent te non confunden
tur Confundantur om
nes iniqua agentes: sup
vacue Vias tuas dñe
demonstra michi: et semi
tas tuas edoce me Diri
ge me in veritate tua et
doce me: quia tu es deus
salvator meus et te susti

nui tota die. Reminis
cere miseracionum tuarum
domine: et misericordiarum tua
rum que a seculo sunt
Delicta iuuentutis
mee et ignorancias me
as ne memineris. Se
cundum misericordiam tuam me
mento mei tu: propter
bonitatem tuam domine:
Dulcis et rectus dominus:
propter hoc legem dabit
delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in
iudicio: docebit mites vi
as suas. Uniuerse vie
domini misericordia et veritas:
requirentibus testamen
tum eius et testimonia eius.
Propter nomen tuum
domine propiciaberis pec
cato meo: multum est enim
Quis est homo qui ti
met dominum: legem sta
tuit ei in via quam elegit
Anima eius in bonis
demorabitur: et semen eius

hereditabit terram. Firma
mentum est dominus timentibus
eum: et testamentum ipsius
ut manifestetur illis
Oculi mei semper ad do
minum: quoniam ipse euellet de la
queo pedes meos. Respice
in me et miserere mei: quia
vnicus et pauper sum ego:
Tribulaciones cordis
mei multiplicate sunt: de
necessitatibus meis erue
me. Uide humilitatem
meam et laborem meum
et dimitte vniuersa delicta
mea. Respice inimicos
meos quoniam multiplicati sunt
et odio iniquo oderunt me
Custodi animam meam
et erue me: non erubescam
quoniam speraui in te. Inno
centes et recti adheserunt
michi: quia sustinui te:
Libera deus israel ex om
nibus tribulacionibus suis
Iudica me domine
quoniam ego in innocencia

mea ingressus sum: et in
domino sperans non infir
mabor. Proba me domine
et tempta me: ure renes me
os et cor meum. Quoni
am misericordia tua ante oculos
meos est: et complacui in
ueritate tua. Non sedi
cum consilio uanitatis: et
cum iniqua gerentibus
non introibo. Odiui ec
clesiam malignancium:
et cum impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes
manus meas: et circumda
bo altare tuum domine:
Et audiam uocem lau
dis: et enarrem uniuersa
mirabilia tua. Domine di
lexi decorem domus tue: et
locum habitacionis glorie
tue. Ne perdas cum im
piis deus animam meam: et
cum uiris sanguinum uitam
meam. In quorum ma
nibus iniquitates sunt:
dextera eorum repleta est
muneribus. Ego autem
in innocencia mea ingres
sus sum: redime me et
miserere mei. Pes me
us stetit in directo: in ec
clesiis benedicam te domine.



Dominus
illuminacio
mea et sa
lus mea:
quem ti
mebo. Dominus protector
uite mee: a quo trepidabo.
Dum appropiant super
me nocentes: ut edant car
nes meas. Qui tribulant
me inimici mei: ipsi infir
mati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum
me castra: non timebit
cor meum. Si exurgat
aduersum me prelium:
in hoc ego sperabo. Unam
peti a domino hanc requi
ram: ut inhabitem in do
mo domini omnibus diebus
uite mee. Et uideam

voluntatem domini: et visitem
templum eius. Quoniam
abscondit me in ta
bernaculo suo: in die ma
lorum protexit me in ab
scondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit
me: et nunc exaltavit ca
put meum super inimicos
meos. Circuivi et immo
lavi in tabernaculo eius
hostiam vociferacionis
cantabo et psalmum dicam
domino. Exaudi domine
vocem meam qua clama
vi ad te: miserere mei et
exaudi me. Tibi dixit
cor meum exquisivit te
facies mea: faciem tuam
domine requiram. Ne
avertas faciem tuam a
me: ne declines in ira a
servo tuo. Adiutor me
us esto domine ne derelinquas
me: neque despicias me de
us salutaris meus. Quoniam
pater meus et mater me
a dereliquerunt me: dominus
autem assumpsit me.
Legem pone michi do
mine in via tua et dirige
me in semita recta propter
inimicos meos. Ne tradi
deris me in animas tribu
lancium me: quoniam insurrex
erunt in me testes iniqui:
et mentita est iniquitas
sibi. Credo videre bona
domini in terra viventium.
Expecta dominum viriliter
age et confortetur cor
tuum et sustine dominum.
Ad te domine clama
bo deus meus ne
sileas a me: nequando tace
as a me: et assimilabor de
scendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem
deprecacionis mee dum oro
ad te: dum extollo manus
meas ad templum sanctum
tuum. Ne simul tradas
me cum peccatoribus et
cum operantibus iniqui



tatem ne perdas me. Qui
loquuntur pacem cum pro-
ximo suo: mala autem in cor-
dibus eorum. Da illis se-
cundum opera eorum: et
secundum nequiciam adin-
uencionum ipsorum. Se-
cundum opera manuum eorum
tribue illis: redde retribucio-
nem eorum ipsis. Quoniam non
intellexerunt opera domini: et
in opera manuum eius destru-
es illos et non edificabis eos
Benedictus dominus: quoniam exau-
diuit vocem deprecacionis
mee. Dominus adiutor meus
et protector meus: et in ipso
speravit cor meum et adiu-
tus sum. Et refloruit caro
mea: et ex voluntate mea
confitebor ei. Dominus fortitu-
do plebis sue: et protector sal-
uacionum xpi sui est. Sal-
uum fac populum tuum domine et
benedic hereditati tue: et
rege eos et extolle illos usque
in eternum

Afferte domino filii
dei: afferte domino
filios arietum. Afferte
domino gloriam et honorem
afferte domino gloriam nomini
eius adorate dominum in atrio
sancto eius. Vox domini
super aquas deus maiesta-
tis intonuit: dominus super
aquas multas. Vox domini
in virtute: vox domini in mag-
nificencia. Vox domini
confringentis cedros et con-
fringet dominus cedros libani:
Et comminuet eas tanquam
vitulum libani: et dilectus
quemadmodum filius vni-
cornium. Vox domini intercide-
tis flammam ignis: vox domini
concucientis desertum et com-
movebit dominus desertum cades.
Vox domini preparantis cer-
uos et revelabit condensa: et
in templo eius omnes dicent
gloriam. Dominus diluuium
inhabitare facit: et sedebit
dominus rex in eternum.

Dominus virtutem po
pulo suo dabit: dominus
benedicet populo suo in pace
Exaltabo te domine
quoniam suscepisti me:
nec delectasti inimicos meos
super me Domine deus
meus clamavi ad te: et sa
nasti me Domine eduxisti
ab inferno animam meam
salvasti me a descendentibus
in lacum Psallite domino
sancti eius: et confitemini
memorie sanctitatis eius
Quoniam ira in indigna
cione eius: et vita in volun
tate eius Ad vesperum
demorabitur fletus: et ad ma
tutinum leticia Ego autem
dixi in abundancia mea:
non movebor in eternum
Domine in voluntate tua
prestitisti decori meo vir
tutem Avertisti faciem
tuam a me et factus sum
conturbatus Ad te domine
clamabo et ad deum meum
deprecabor Que utilitas
in sanguine meo: dum de
scendo in corrupcionem:
Numquid confitebitur ti
bi pulvis: aut annunciabit
veritatem tuam Audi
vit dominus et misertus est
mei: dominus factus est adiutor
meus Convertisti planc
tum meum in gaudium
michi: concidisti saccum
meum et circumdedisti me
leticia Ut cantet tibi glo
ria mea et non compungar
domine deus meus in eter
num confitebor tibi An.
Adorate dominum in aula sancta eius
In te domine speravi
non confundar in
eternum: in iusticia tua li
bera me Inclina ad me
aurem tuam: accelera ut e
ruas me Esto michi in
deum protectorem et in do
mum refugii: ut salvum me
facias Quoniam fortitu
do mea et refugium meum

es tu: et propter nomen tuum
deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quem
absconderunt michi: quoniam tu
es protector meus. In ma
nus tuas commendo spiritum
meum: redemisti me domine
deus veritatis. Odisti ob
servantes vanitates super
vacue. Ego autem in do
mino speravi: exultabo et le
tabor in misericordia tua. Quoniam
respexisti humilitatem meam
salvasti de necessitatibus
animam meam. Nec con
clusisti me in manibus in
imici: statuisti in loco spa
cioso pedes meos. Miserere
mei domine quoniam tribulor: con
turbatus est in ira oculus
meus anima mea et venter
meus. Quoniam defecit in dolo
re vita mea: et anni mei in
gemitibus. Infirmata
est in paupertate virtus me
a: et ossa mea conturbata
sunt. Super omnes inimi
cos meos factus sum oppro
brium vicinis meis val
de: et timor notis meis.
Qui videbant me fo
ras fugierunt a me: ob
livioni datus sum tanquam
mortuus a corde. Factus
sum tanquam vas perditum:
quoniam audivi vitupe
racionem multorum co
morancium in circuitu:
In eo dum convenirent
simul adversum me: acci
pere animam meam consilia
ti sunt. Ego autem in
te speravi domine dixi deus me
us es tu in manibus tuis sor
tes mee. Eripe me de ma
nu inimicorum meorum:
et a persequentibus me.
Illustra faciem tuam
super servum tuum salvum
me fac in misericordia tua: domine
non confundar quoniam
invocavi te. Erubescant
impii et deducantur in
infernum: muta fiant

labia dolosa. Que loqun
tur adversus iustum iniq
tatem: in superbia et in ab
usione. Quam magna mul
titudo dulcedinis tue domine:
quam abscondisti timenti
bus te. Perfecisti eis qui
sperant in te in conspectu
filiorum hominum. Ab
scondes eos in abscondito
faciei tue: a conturbatione
hominum. Proteges eos in
tabernaculo tuo: a contra
dictione linguarum. Bene
dictus dominus: qui miri
ficavit misericordiam suam michi
in civitate munita. Ego
autem dixi in excessu mentis
mee: proiectus sum a facie
oculorum tuorum. Ideo
exaudisti vocem oratio
nis mee: dum clamarem
ad te. Diligite dominum
omnes sancti eius: quoni
am veritatem requiret do
minus et retribuet abun
danter facientibus superbiam

Viriliter agite et conforte
tur cor vestrum: omnes qui spe
ratis in domino

Beati quorum remis
se sunt iniquitates
et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non im
putavit dominus peccatum
nec est in spiritu eius dolus:
Quoniam tacui inveter a
verunt ossa mea: dum clama
rem tota die. Quoniam die
ac nocte gravata est super
me manus tua: conversus
sum in erumna mea dum con
figitur spina. Delictum
meum cognitum tibi feci: et
iniusticiam meam non ab
scondi. Dixi confitebor ad
versum me iniusticiam meam
domino: et tu remisisti im
pietatem peccati mei. Pro
hac orabit ad te omnis san
ctus: in tempore oportuno.
Verumtamen in diluvio
aquarum multarum: ad
eum non approximabunt

Tu es refugium meum a
tribulacione que circumdedit
me: exultacio mea erue me
a circumdantibus me. In
tellectum tibi dabo et instru
am te in via hac qua gradi
eris: firmabo super te oculos
meos. Nolite fieri sicut e
quus et mulus: quibus non
est intellectus. In chamo
et freno maxillas eorum cō
stringe: qui non approximāt
ad te. Multa flagella pec
catoris: sperantem autē in
domino mīa circumdabit.
Letamini in domino et
exultate iusti: et gloriamini
omnes recti corde. ·āñ·

In tua iusticia libera me dñe

Exultate iusti in do
mino: rectos decet
collaudacio. Confitemini
domino in cythara: in
psalterio decem cordarum
psallite illi. Cantate ei
canticum nouum: bene
psallite ei in vociferacione

Quia rectum est verbū
domini: et omnia opera
eius in fide. Diligit mi
sericordiam et iudicium
mīa dñi plena est terra.
Verbo domini celi fir
mati sunt: et spū oris ei9
omnis virtus eorū. Con
gregans sicut in utre a
quas maris: ponens in
thesauris abissos. Ti
meat dominū omīs tra:
ab eo autem cōmoueātur
omnes inhabitantes or
bem. Quoniā ipse dixit
et facta sunt: ipe manda
uit et creata sunt. Dñs
dissipat concilia gencium
reprobat autem cogita
ciones populorum: et re
probat concilia principū.
Consilium autē dñi
in eternum manet et co
gitaciones cordis eius in
generacione et generacio
nem. Beata gens cui9
est dominus deus eius:

populus quem elegit in
hereditatem sibi. De ce
lo respexit dominus: vidit
omnes filios hominum
De preparato habita
culo suo: respexit super om
nes qui habitant terram
Qui finxit sigillatim
corda eorum: qui intelli
git omnia opera eorum
Non salvatur rex per
multam virtutem: et gy
gas non salvabitur in
multitudine virtutis
sue. Fallax equus ad
salutem: in abundancia
autem virtutis sue non
salvabitur. Ecce oculi
domini super metuentes
eum: et in eis qui sperant
super misericordia eius. Et eru
at a morte animas eorum
et alat eos in fame. Ani
ma nostra sustinet dominum: quoni
am adiutor et protector
noster est. Quia in eo
letabitur cor nostrum et in

nomine sancto eius speravimus.
Fiat misericordia tua domine su
per nos: quemadmodum spera
vimus in te
Benedicam dominum
in omni tempore: sem
per laus eius in ore meo.
In domino laudabitur
anima mea: audiant man
sueti et letentur. Magnifi
cate dominum mecum: et ex
altemus nomen eius in idipsum
Exquisivi dominum et ex
audivit me: et ex omnibus
tribulacionibus meis eripu
it me. Accedite ad eum et
illuminamini: et facies vestre
non confundentur. Iste
pauper clamavit et dominus
exaudivit eum: et ex omnibus
tribulacionibus eius salva
vit eum. Immittit angelus
domini in circuitu timen
cium eum: et eripiet eos.
Gustate et videte quoniam
suavis est dominus:
beatus vir qui sperat in eo

Timete dominū omnes
sancti eius: quoniā non est
inopia timentibus eum:
Diuites eguerunt et esu
rierunt: inquirentes autē
dnm̄ non minuentur omni
bono Venite filii audite
me: timorem domini docebo
uos Quis est homo qui
uult uitam: diligit dies ui
dere bonos Prohibe lin
guam tuam a malo: et la
bia tua ne loquantur do
lum Diuerte a malo et
fac bonum: inquire pacem
et persequere eam Oculi
domini super iustos: et aures
eius in preces eorum Vul
tus autem dnī facientes ma
la: ut perdat de terra memo
riam eorum Clamaue
runt iusti et dn̄s exaudiuit
eos: et ex omnibus tribula
cionibus eorū liberauit eos
Iuxta est dn̄s his qui tri
bulato sunt corde: et humi
les spū saluabit Multe

tribulaciones iustorum:
et de omnibus his libera
uit eos dn̄s Custodit do
minus omnia ossa eorū:
unum ex his non contere
tur Mors peccatorū pes
sima: et qui oderunt ius
tum delinquent Redi
met dn̄s animas seruorū
suorum: et non delinquent
omnes qui sperant in eo
Glīa Rectos decet collaudacio

Iudica domine no
centes me: expug
na inpugnantes me Ap
prehende arma et scutum
et exurge in adiutoriū mi
chi Effunde frameam et
conclude aduersus eos qui
persequuntur me: dic aīe
mee salus tua ego sum:
Confundantur et reue
reantur: querentes animā
meam Auertantur re
trorsum et confundantur
cogitantes michi mala:
Fiant tanquā puluis ante

faciem venti: et angelus
domini coartans eos. Fi
at via illorum tenebre et
lubricum: et angelus do
mini persequens eos.
Quoniam gratis abscon
derunt michi interitum
laquei sui: supervacue ex
probraverunt animam meam.
Veniat illi laqueus
quem ignorat: et capcio
quam abscondit apprehen
dat eum: et in laqueum
cadat in ipsum. Anima autem
mea exultabit in domino: et
delectabitur super saluta
ri suo. Omnia ossa mea
dicent: domine quis similis
tibi. Eripiens inopem
de manu fortiorum eius:
egenum et pauperem a di
ripientibus eum. Sur
gentes testes iniqui: que
ignorabam interrogabant
me. Retribuebant mi
chi mala pro bonis: steri
litatem anime mee. Ego
autem cum michi molesti es
sent: induebar cilicio. Hu
miliabam in ieiunio animam
meam et oracio mea in sinu
meo convertetur. Quasi
proximum et quasi fratrem
nostrum sic complacebam: qua
si lugiens et contristatus sic
humiliabar. Et adversum
me letati sunt et convenerunt
congregata sunt super me fla
gella super me et ignoravi.
Dissipati sunt nec com
puncti: temptaverunt me
subsannaverunt me subsan
nacione: frenduerunt super
me dentibus suis. Domine
quando respicies restitue a
nimam meam a malignita
te eorum: a leonibus unicam
meam. Confitebor tibi in
ecclesia magna: in populo
gravi laudabo te. Non
supergaudeant michi qui
adversantur michi inique
qui oderunt me gratis et
annuunt oculis. Quoniam

michi quidem pacifice loque
bantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant
Et dilatauerunt super me
os suum: dixerunt euge eu
ge viderunt oculi nostri. Vi
disti dne ne sileas: dne ne
discedas a me. Exurge et
intende iudicio meo deus me
us et dns meus in causam
meam. Iudica me secun
dum iusticiam meam dne
deus meus: et non supergau
deant michi. Non dicant
in cordibus suis euge euge
anime nostre: nec dicant de
uorabimus eum. Erubes
cant et reuereantur simul:
qui gratulantur malis me
is. Induantur confusione
et reuerencia qui maligna
loquuntur super me. Exul
tent et letentur qui volunt
iusticiam meam: et dicant
semper magnificetur dns
qui volunt pacem serui eius
Et lingua mea medi
tabitur Justiciam tuam:
tota die laudem tuam.
Dixit iniustus ut de
linquat in semet
ipso: non est timor dei ante
oculos eorum. Quoniam
dolose egit in conspectu
eius: ut inueniatur ini
quitas eius ad odium. V
erba oris eius iniqui
tas et dolus: noluit intel
ligere ut bene ageret. In
iquitatem meditatus est
in cubili suo: astitit omni
vie non bone maliciam
autem non odiuit. Do
mine in celo misericordia tua:
et veritas tua usque ad nu
bes. Justicia tua sicut
montes dei: iudicia tua
abissus multa. Homi
nes et iumenta saluabis
dne: quemadmodum mul
tiplicasti misericordiam tuam
deus. Filii autem homi
num in tegmine alarum
tuarum sperabunt. In

ebriabuntur ab uberta
te domus tue: et torrente
voluptatis tue potabis
eos. Quoniam apud te
est fons vite: et in lumi
ne tuo videbimus lumen.
Pretende misericordiam tuam
scientibus te: et iusticiam
tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes
superbie et manus peccatoris
non moveat me. Ibi ce
ciderunt qui operantur in
iquitatem: expulsi sunt
nec potuerunt stare. Ant.
Expugna impugnantes me domine.
Noli emulari in ma
lignantibus: neque
zelaveris facientes iniqui
tatem. Quoniam tanquam
fenum velociter arescent
et quemadmodum olera her
barum cito decident. Spe
ra in domino et fac bonita
tem: et inhabita terram
et pasceris in diviciis eius.
Delectare in domino
et dabit tibi peticiones cor
dis tui. Revela domino
viam tuam: et spera in eo et
ipse faciet. Et educet qua
si lumen iusticiam tuam
et iudicium tuum tanquam
meridiem: subditus esto
domino et ora eum. No
li emulari in eo qui prospe
ratur in via sua in homi
ne faciente iniusticias.
Desine ab ira et derelin
que furorem: noli emulari
ut maligneris. Quoniam qui
malignantur extermina
buntur: sustinentes autem
dominum ipsi hereditabunt
terram. Et adhuc pusillum
et non erit peccator et que
res locum eius et non inve
nies. Mansueti autem
hereditabunt terram: et de
lectabuntur in multitudine
pacis. Observabit pec
cator iustum: et stridebit
super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit

eum: quoniam prospicit quod
veniat dies eius. Gladium
evaginaverunt peccatores:
intenderunt arcum suum.
Ut decipiant pauperem
et inopem: ut trucident rec-
tos corde. Gladius eorum
intret in corda ipsorum: et ar-
cus eorum confringatur.
Melius est modicum ius-
to: super divicias peccatorum
multas. Quoniam brachia
peccatorum conterentur:
confirmat autem iustos do-
minus. Novit dominus
dies inmaculatorum: et here-
ditas eorum in eternum erit.
Non confundentur in
tempore malo: et in diebus
famis saturabuntur: quia
peccatores peribunt. Ini-
mici vero domini mox ut
honorificati fuerint et exal-
tati: deficientes quemadmo-
dum fumus deficient. Mu-
tuabitur peccator et non
solvet: iustus autem miseretur

et retribuet. Quia benedi-
centes ei hereditabunt terram:
maledicentes autem ei
disperibunt. Apud dominum
gressus hominis dirigetur:
et viam eius volet. Cum
ceciderit non collidetur: quia
dominus supponit manum suam.
Iunior fui etenim se-
nui: et non vidi iustum
derelictum nec semen eius
querens panem. Tota
die miseretur et comodat: et
semen illius in benedictione
erit. Declina a malo et
fac bonum: et inhabita in
seculum seculi. Quia do-
minus amat iudicium et
non derelinquet sanctos su-
os: in eternum conservabuntur.
Iniusti punientur: et
semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt
terram: et inhabita-
bunt in seculum seculi su-
per eam. Os iusti medi-
tabitur sapienciam et lingua

eius loquetur iudicium :
Lex dei eius in corde ipsius :
et non supplantabuntur
gressus eius. Conside
rat peccator iustum : et que
rit mortificare eum. Do
minus autem non dere
linquet eum in manibus
eius : nec dampnabit eum
cum iudicabitur illi. Ex
pecta dominum et custodi viam
eius et exaltabit te ut here
ditate capias terram : cum
perierint peccatores videbis
Vidi impium superex
altatum : et elevatum sicut
cedros libani. Et transi
vi et ecce non erat : quesi
vi eum et non est inventus
locus eius. Custodi ino
cenciam et vide equitatem
quoniam sunt reliquie homini
pacifico. Iniusti autem
disperibunt : simul reliquie
impiorum interibunt :
Salus autem iustorum
a domino : et protector eorum

est in tempore tribulacionis
Et adiuvabit eos dominus
et liberabit eos : et eruet eos
a peccatoribus et salvabit
eos quia speraverunt in eo
Domine ne in furo
re tuo arguas me
neque in ira tua corripias me
Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi : et confir
masti super me manum
tuam. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tu
e : non est pax ossibus me
is a facie peccatorum meorum
Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput me
um : et sicut onus grave
gravate sunt super me :
Putruerunt et corrupte
sunt cicatrices mee : a fa
cie insipiencie mee. Mi
ser factus sum et curvatus
sum usque in finem : tota die
contristatus ingrediebar
Quoniam lumbi mei imple
ti sunt illusionibus : et non

est sanitas in carne mea
Afflictus sum et humi
liatus sum nimis: rugiebā
a gemitu cordis mei Do
mine ante te omne desid
erium meum: et gemitus
meus a te non est abscon
ditus Cor meum con
turbatum est in me dere
liquit me virtus mea et
lumen oculorum meorū
et ipm̄ non est mecum
Amici mei et proximi
mei: adversum me appro
pinquaverunt et steterūt
Et qui iuxta me erant
de longe steterunt: & vim
faciebant qui querebant
animā meam Et qui
inquirebant mala michi
locuti sunt vanitates et do
los tota die meditabātur
Ego autem tamq̄ sur
dus non audiebam: et sicut
mutus non aperiens os
suum Et factus sum si
cut homo non audiens et
non habens in ore suo re
dargutiones Quoniā
in te domine speravi: tu
exaudies me domine deus
meus Quia dixi nequā
do supergaudeant michi
inimici mei: et dum com
moventur pedes mei sup
me magna locuti sunt
Quoniā ego in flagel
la paratus sum et dolor
meus in conspectu meo
semper Quoniā iniq
tatem meam annūcia
bo: et cogitabo pro peccato
meo Inimici autem
mei vivunt et confirma
ti sunt super me: et mul
tiplicati sunt qui oderunt
me inique Qui retribu
unt mala pro bonis detra
hebant michi: quoniam
sequebar bonitatem Ne
derelinquas me domine
deus meus ne discesseris
a me Intende in adiu
toriū meū: dn̄e deus salu



tis mee. añ. Reuela domino
viam tuam. Inuit.
Jubilemus deo salutari nro



ixi custodi
am vias
meas: ut
non delin
quam in
lingua m
a. Posui ori meo custo
diam: cum consisteret pec
cator aduersum me. Ob
mutui et humiliatus su
et silui a bonis: et dolor
meus renouatus ē. Con
caluit cor meum intra me
et in meditacione mea
exardescet ignis. Locu
tus sum in lingua mea
notum fac michi domine
finem meum. Et nume
rum dierum meorum quis
est ut sciam quid desit m
Ecce mensurabiles po
suisti dies meos: et substā
cia mea tanquam nichilum
ante te. Ueruntamē

vniuersa uanitas: omnis
homo uiuens. Ueruntā
men in ymagine pertran
sit homo: sed et frustra con
turbatur. Thesaurizat
et ignorat cui congregabit
ea. Et nunc que est ex
pectacio mea nonne do
minus: et substancia
mea apud te est. Ab
omnibus iniquitatibz
meis erue me: opprobri
um insipienti dedisti me.
Obmutui et non aperui
os meum quā tu fecisti:
amoue a me plagas tu
as. A fortitudine man[us]
tue ego defeci: in increpa
cionibus propter iniqui
tatem corripuisti hominē.
Et tabescere fecisti sic
araneam animā meam:
ueruntamen uane contur
batur omnis homo. Ex
audi oracionem meam
dñe et deprecacionē meā:
auribus percipe lacrimas





meas Ne silias quoniam
am advena ego sum apud
te: et peregrinus sicut om
nes patres mei Remit
te michi ut refrigerer pri
usquam abeam et amplius
non ero

Expectans expectavi
dominum: et intendit michi
Et exaudivit preces me
as: et eduxit me de lacu
miserie et de luto fecis
Et statuit supra petram
pedes meos et direxit gres
sus meos Et inmisit in os
meum canticum novum
carmen deo nostro Videbunt
multi et timebunt: et spe
rabunt in domino Beatus
vir cuius est nomen domini
spes eius et non respexit in
vanitates et insanias fal
sas Multa fecisti tu domine
deus meus mirabilia tua
et cogitacionibus tuis non
est qui similis sit tibi
Annunciavi et locutus

sum: multiplicati sunt su
per numerum Sacrifi
cium et oblacionem noluis
ti: aures autem perfecisti
michi Holocaustum et
pro peccato non postulas
ti: tunc dixi ecce venio
In capite libri scriptum
est de me ut facerem vo
luntatem tuam deus me
us volui et legem tuam
in medio cordis mei An
nunciavi iusticiam tuam
in ecclesia magna: ecce la
bia mea non prohibebo
domine tu scisti Iusticiam
tuam non abscondi in cor
de meo veritatem tuam et
salutare tuum dixi Non
abscondi misericordiam tuam
et veritatem tuam a con
silio multo Tu autem
domine ne longe facias
miseraciones tuas a me:
misericordia tua et veri
tas tua semper susceperunt
me Quoniam circumdederunt

me mala quorum nō est
numerus: comprehende-
runt me iniquitates mee
et non potui ut viderem
Multiplicate sunt sup
capillos capitis mei: et
cor meum dereliquit me
Complaceat tibi dn̄e
ut eruas me: domine ad
adiuuandū me respice
Confundantur et reue
reantur simul: qui que
runt animā meam ut
auferant eam Conuer
tantur retrorsum et reue
reantur qui volunt michi
mala Ferant confestī
confusionem suā: qui di
cunt michi euge euge:
Exultent et letentur
super te omnes querentes
te et dicant semper mag
nificetur dn̄s qui diligūt
salutare tuū Ego au
tem mendicus sum et
pauper: dn̄s sollicitus ē
mei Adiutor meus et
protector meus tu es deus
meus ne tardaueris Aña
Ut nō delinquā in lingua mea
Beatus qui intelli
git super egenum
et pauperem: in die ma
la liberabit eum dominus
Dn̄s conseruet eum et
viuificet eum et beatum
faciat eum in terra: et nō
tradat eum in animam
inimicorum eius Dn̄s
opem ferat illi super lectū
doloris eius: Uniuersum
stratum eius uersasti in
infirmitate eius Ego
dixi domine miserere
mei: sana animā meā
quia peccaui tibi In
imici mei dixerunt mala
michi: quando morietur
et peribit nomen eius:
Et si ingrediebatur ut
videret uana loquebatur
cor eius congregabit ini
quitatem sibi Egredie
batur foras et loquebatur

in idipm̄. Aduersum
me susurrabant omnes
inimici mei: aduersum
me cogitabant mala mi
chi. Verbum iniquū cō
stituerunt aduersum me
numquid qui dormit nō
adiciet ut resurgat. Et
enim homo pacis mee in
quo speraui qui edebat pa
nes meos magnificauit
super me supplantacionē
Tu autem domine mi
serere mei et resuscita me
et retribuam eis. In
hoc cognoui quoniā vo
luisti me: quoniā non
gaudebit inimicus meus
super me. Me autē prop
ter inocenciā suscepisti
et confirmasti me in cō
spectu tuo in eternum. Be
nedictus dominus deus
isrl' a seculo et usqȝ in se
culum fiat fiat
Quemadmodū desi
derat ceruus ad
fontes aquarum: ita de
siderat anima mea ad te
deus. Sitiuit anima
mea ad deum fontem vi
uū: quando veniam et
apparebo ante faciem dei
Fuerunt michi lacri
me mee panes die ac noc
te dum dicitur michi
quotidie ubi est deus tuꝰ
Hec recordatus sum
et effudi in me animā
meam quoniā transibo
in locum tabernaculi ad
mirabilis usqȝ ad domū
dei. In uoce exultacio
nis et confessionis: sonꝰ
epulantis. Quare tris
tis es anima mea: et
quare conturbas me:
Spera in deo quoniā
adhuc confitebor illi:
salutare vultus mei et
deus meus. Ad meip
sum anima mea cōtur
bata est: propterea me
mor ero tui de terra ior

dame et hermonij a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: in uoce cathe ractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt: In die mandauit dominus misericordiam suam et nocte canticum eius. Apud me oracio deo uite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt michi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt michi per singulos dies: ubi est deus tuus. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare uultus mei et deus meus. Gloria. an.

Sana domine animam meam quia peccaui tibi

Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos. Non enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua et brachium tuum et illuminacio uultus tui: quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis: Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos

confudisti In deo lau
dabimur tota die: et in no
mine tuo confitebimur in
seculum Nunc autem
repulisti et confudisti nos
et non egredieris deus in
uirtutibus nostris Auer
tisti nos retrorsum post in
imicos nostros et qui oderunt
nos diripiebant sibi De
disti nos tanquam oues escarum
et in gentibus dispersisti
nos Uendidisti populum
tuum sine precio et non fuit
multitudo in commutationi
bus eorum Posuisti nos
obprobrium vicinis nostris:
subsannacionem et derisum
his qui in circuitu nostro
sunt Posuisti nos in si
militudinem gentibus:
commocionem capitis in
populis Tota die uere
cundia mea contra me est
et confusio faciei mee coop
uit me A uoce exprobran
tis et obloquentis: a facie
inimici et persequentis:
Hec omnia venerunt
super nos nec obliti sumus
te: et inique non egimus
in testamento tuo Et
non recessit retro cor nostrum
et declinasti semitas nostras
a via tua Quoniam humili
asti nos in loco afflictio
nis: et cooperuit nos um
bra mortis Si obliti su
mus nomen dei nostri et
si expandimus manus
nostras ad deum alienum
Nonne deus requiret
ista: ipse enim nouit abscon
dita cordis Quoniam propter
te mortificamur tota die:
estimati sumus sicut o
ues occisionis Exurge
quare obdormis domine:
exurge et ne repellas in fi
nem Quare faciem tuam
auertis: obliuisceris ino
pie nostre et tribulacionis
nostre Quoniam humiliata est
in puluere anima nostra

conglutinatus est in terra
venter noster. Exurge
domine adiuva nos et redi
me nos propter nomen
tuum

Eructavit cor meum
verbum bonum: di
co ego opera mea regi:
Lingua mea calamus
scribe: velociter scribentis
Speciosus forma pre fi
liis hominum: diffusa est
gracia in labiis tuis: propter
ea benedixit te deus in et
ernum. Accingere gladi
o tuo super femur tuum:
potentissime. Specie
tua et pulcritudine tua
intende prospere procede
et regna. Propter veri
tatem et mansuetudinem
et iusticiam: et deducet
te mirabiliter dextera tua
Sagitte tue acute: po
puli sub te cadent in cor
da inimicorum regis. Se
des tua deus in seculum

seculi: virga direccionis vir
ga regni tui. Dilexisti
iusticiam et odisti iniqui
tatem: propterea unxit te
deus deus tuus oleo leticie
pre consortibus tuis. Mir
ra et gutta et cassia a ves
timentis tuis: a domibus
eburneis ex quibus delec
taverunt te filie regum
in honore tuo. Astitit
regina a dextris tuis in ves
titu deaurato: circumdata
varietate. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam
et obliviscere populum tu
um et domum patris tui.
Et concupiscet rex deco
rem tuum quia ipse est domi
nus deus tuus et adorabunt
eum. Et filie Tyri in mu
neribus vultum tuum depre
cabuntur omnes divites
plebis. Omnis gloria eius
filie regis abintus in fim
briis aureis circumamicta
varietatibus. Adducentur

regi virgines post eam: pro-
xime eius afferentur tibi
Afferentur in leticia et
exultacione: adducentur in
templum regis. Pro pa-
tribus tuis nati sunt tibi
filii: constitues eos principes
super omnem terram. Me-
mores erunt nominis tui
domine in omni generacione
et generacionem. Prop-
terea populi confitebuntur
tibi in eternum et in seculum
seculi. ant. Eructavit cor meum
verbum bonum.

Deus noster refugium
et virtus: adiutor in
tribulacionibus que inve-
nerunt nos nimis. Prop-
terea non timebimus dum
turbabitur terra: et trans-
ferentur montes in cor ma-
ris. Sonuerunt et turba-
te sunt aque eorum contur-
bati sunt montes in fortitu-
dine eius. Fluminis im-
petus letificat civitatem dei

sanctificavit tabernaculum
suum altissimus. Deus in
medio eius non commove-
bitur: adiuvabit eam de-
us mane diluculo. Con-
turbate sunt gentes et incli-
nata sunt regna: dedit vo-
cem suam mota est terra
Dominus virtutum nobiscum
susceptor noster deus iacob
Venite et videte opera
domini: que posuit prodigi-
a super terram. Auferens
bella usque ad finem terre:
arcum conteret et confrin-
get arma et scuta combu-
ret igni. Vacate et vide-
te quoniam ego sum deus:
exaltabor in gentibus et
exaltabor in terra. Dominus
virtutum nobiscum: sus-
ceptor noster deus iacob.
Omnes gentes plau-
dite manibus: iubi-
late deo in voce exultacionis
Quoniam deus excelsus
terribilis: rex magnus

super omnem terram Sub
iecit populos nobis: et gen
tes sub pedibus nostris Ele
git nobis hereditatem suam
speciem iacob quem dilexit
Ascendit deus in iubilo
et dominus in voce tube
Psallite deo nostro psallite
psallite regi nostro psallite
Quoniam rex omnis
terre deus: psallite sapien
ter Regnabit deus sup
gentes: deus sedet super
sedem sanctam suam:
Principes populorum
congregati sunt cum deo
abraham: quoniam dii fortes
terre vehementer elevati
sunt. añ. Adiutor in tribula. Ps.
Magnus dominus et
laudabilis nimis
in civitate dei nostri in mo
te sancto eius Fundatur
exultacione universe terre
mons syon: latera aquilo
nis: civitas regis magni
Deus in domibus eius

cognoscetur: cum suscipient
eam Quoniam ecce reges
terre congregati sunt: con
venerunt in unum Ipsi
videntes sic admirati sunt
conturbati sunt commoti sunt
tremor apprehendit eos
Ibi dolores ut parturien
tes: in spiritu vehementi con
teres naves tharsis Si
cut audivimus sic vidimus
in civitate domini virtutum
in civitate dei nostri: deus fu
davit eam in eternum:
Suscepimus deus mise
ricordiam tuam: in medio
templi tui Secundum no
men tuum deus sic et laus
tua in fines terre: iusticia
plena est dextera tua Le
tetur mons syon et exultent
filie iude: propter iudicia
tua domine Circumdate
syon et complectimini eam:
narrate in turribus eius
Ponite corda vestra in
virtute eius et distribuite



domos eius: ut enarretis
in progenie altera. Quoniam
hic est deus deus noster in
eternum et in seculum se
culi: ipse reget nos in secula.
Audite hec omnes gen
tes auribus percipi
te omnes qui habitatis or
bem. Quique terrigene et
filii hominum: simul in unum
dives et pauper. Os meum
loquetur sapienciam: et me
ditacio cordis mei pruden
ciam. Inclinabo in pa
rabolam aurem meam: a
periam in psalterio propo
sicionem meam. Cur ti
mebo in die mala: iniqui
tas calcanei mei circumda
bit me. Qui confidunt
in virtute sua: et in mul
titudine diviciarum suarum
gloriantur. Frater non
redimit redimet homo: et
non dabit deo placacionem
suam. Et precium redemp
cionis anime sue: et labo

rabit in eternum et vivet ad
huc in finem. Non vi
debit interitum cum vide
rit sapientes morientes:
simul insipiens et stultus
peribunt. Et relinquent
alienis divicias suas: et
sepulcra eorum domus il
lorum in eternum. Taber
nacula eorum in progenie
et progenie: vocaverunt
nomina sua in terris suis.
Et homo cum in hono
re esset non intellexit: com
paratus est iumentis in
sipientibus et similis fac
tus est illis. Hec via il
lorum scandalum ipsis:
et postea in ore suo com
placebunt. Sicut oves
in inferno positi sunt:
mors depascet eos. Et
dominabuntur eorum iusti
in matutino: et auxilium
eorum veterascet in infer
no a gloria eorum. Veru
tamen deus redimet ani

animam meam de manu in-
feri: cum acceperit me.
Ne timueris cum di-
ues factus fuerit homo:
et cum multiplicata fu-
erit gloria domus eius
Quoniam cum inte-
rierit non sumet omnia:
neque descendet cum eo glo-
ria eius. Quia anima
eius in uita ipsius bene-
dicetur: confitebitur tibi
cum benefeceris ei. In-
troibit in progenies pa-
trum suorum: usque in eter-
num non uidebit lumen.
Homo cum in honore
esset non intellexit: com-
paratus est iumentis in-
sipientibus et similis fac-
tus est illis. Ant. Auribus
percipite qui habitatis orbem.
Deus deorum dominus
locutus est: et uo-
cauit terram. A solis
ortu usque ad occasum:
ex syon species decoris
eius. Deus manifeste
ueniet: deus noster et non
silebit. Ignis in conspec-
tu eius exardescet: et in
circuitu eius tempestas
ualida. Aduocauit ce-
lum desursum: et terram
discernere populum suum.
Congregate illi sanctos
eius: qui ordinant testa-
mentum eius super sacri-
ficia. Et annunciabunt
celi iusticiam eius: quoniam de-
us iudex est. Audi po-
pulus meus et loquar
israel: et testificabor tibi
deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis
arguam te: olocausta au-
tem tua in conspectu meo
sunt semper. Non acci-
piam de domo tua uitu-
los: neque de gregibus tuis
hircos. Quoniam mee
sunt omnes fere siluarum:
iumenta in montibus
et boues. Cognoui omnia

uolatilia celi: et pulchritu
do agri mecum est. Si
esuriero non dicam tibi:
meus est enim orbis terre
et plenitudo eius. Num
quid manducabo carnes
taurorum: aut sanguinē
hircorum potabo. Immo
la deo sacrificium laudis: et
redde altissimo uota tua.
Et inuoca me in die tri
bulacionis: eruam te et ho
norificabis me. Peccatori
autem dixit deus: quare
tu enarras iusticias me
as et assumis testamentū
meum per os tuū. Tu
uero odisti disciplinam:
et proiecisti sermones me
os retrorsum. Si uide
bas furem currebas cum
eo: et cum adulteris porcio
nem tuam ponebas. Os
tuū abundauit malicia: et
lingua tua concinnabat
dolos. Sedens aduersus
fratrem tuū loquebaris:
et aduersus filium matris
tue ponebas scandalum
hec fecisti et tacui. Exis
timasti inique quod ero tui
similis: arguam te et sta
tuam contra faciē tuam.
Intelligite hec qui ob
liuiscimini deū: nequādo
rapiat et non sit qui eripi
at. Sacrificium laudis
honorificabit me: et illic
iter quo ostendam illi sa
lutare dei.

Miserere mei deus se
cundum magnā
misericordiam tuā. Et
secundum multitudinē
miseracionū tuarū dele i
niquitatem meam. Am
plius laua me domine
ab iniquitate mea: et a pec
cato meo munda me. Quoniam
iniquitatem meā ego cog
nosco: et peccatum meum
contra me est semper. Tibi
soli peccaui et malum co
ram te feci ut iustificeris

in sermonibus tuis: et vi
cas cum iudicaris. Ec
ce enim in iniquitatibz
conceptus sum: et in pec
catis concepit me mater
mea. Ecce enim veritatē
dilexisti: incerta et occul
ta sapiencie tue manifes
tasti michi. Asperges
me ysopo et mundabor:
lavabis me et super ni
vem dealbabor. Audi
tui meo dabis gaudium
et leticiam: et exultabunt
ossa humiliata. Aver
te faciem tuam a peccatis
meis et omnes iniquita
tes meas dele. Cor mū
dum crea in me deus: et
spiritum rectum innova
in visceribus meis. Ne
proicias me a facie tua.
et spiritum sanctum tu
um ne auferas a me.
Redde michi leticiam
salutaris tui: et spū pri
cipali cōfirma me. Do

cebo iniquos vias tuas: et
impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibz
deus deus salutis mee: et ex
ultabit lingua mea iusti
ciam tuam. Domine la
bia mea aperies et os meum
annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem: utiqz
olocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus
contribulatus: cor contritū
et humiliatum deus non
despicies. Benigne fac
domine in bona voluntate
tua syon: ut edificentur
muri hierlm̄. Tunc ac
ceptabis sacrificium iusti
cie oblaciones et olocausta
tunc imponent super alta
re tuum vitulos.
Quid gloriaris in ma
licia: qui potens
es in iniquitate. Tota
die iniusticiam cogitavit
lingua tua: sicut novacula



acuta fecisti dolum. Dilex
isti maliciam super beni
gnitatem: iniquitatem ma
gis quam loqui equitatem. Di
lexisti omnia verba preci
pitacionis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet
te in finem: evellet te et e
migrabit te de tabernaculo
tuo et radicem tuam de ter
ra viventium. Videbunt
iusti et timebunt et super
eum ridebunt et dicent ec
ce homo qui non posuit
deum adiutorem suum:
Sed speravit in multi
tudine diviciarum suarum
et prevaluit in vanitate
sua. Ego autem sicut oli
va fructifera in domo domini:
speravi in misericordia dei
in eternum et in seculum
seculi. Confitebor tibi in
seculum quia fecisti: et expec
tabo nomen tuum quoniam bo
num est in conspectu sanctorum
tuorum. Ant. Deus deorum do

minus locutus est. Invit.
In manu tua domine omnes fines terre
Dixit insi
piens in
corde suo
non est
deus:
Corrup
ti sunt et abhominabiles
facti sunt in iniquitatibus:
non est qui faciat bonum
Deus de celo prospexit
super filios hominum: ut
videat si est intelligens
aut requirens deum.
Omnes declinaverunt
simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum
non est usque ad unum.
Nonne scient omnes
qui operantur iniquitatem
qui devorant plebem me
am sicut escam panis:
Deum non invocave
runt: illic trepidaverunt
timore ubi non erat timor
Quoniam deus dissipavit

ossa eorum qui hominibus
placent confusi sunt quoniam
deus spreuit eos Quis
dabit ex syon salutare isra
el cum conuerterit domi
nus captiuitatem plebis
sue exultabit iacob et le
tabitur israel
DEus in nomine
tuo saluum me
fac: et in uirtute tua iudi
ca me Deus exaudi o
racionem meam: auribus
percipe uerba oris mei:
Quoniam alieni in
surrexerunt aduersum me
et fortes quesierunt animam
meam: et non proposue
runt deum ante conspectum
suum Ecce enim deus ad
iuuat me: et dominus suscep
tor est anime mee Auer
te mala inimicis meis: et
in ueritate tua disperde
illos Voluntarie sacri
ficabo tibi: et confitebor
nomini tuo quoniam

bonum est Quoniam ex omni
tribulacione eripuisti me:
et super inimicos meos despex
it oculus meus
Exaudi deus oracio
nem meam et ne
despexeris deprecacionem me
am: intende michi et exau
di me Contristatus sum
in exercitacione mea: et con
turbatus sum a uoce inimi
ci et a tribulacione peccatoris
Quoniam declinauerunt in
me iniquitates: et in ira
molesti erant michi Cor
meum conturbatum est
in me: et formido mortis
cecidit super me Timor
et tremor uenerunt super
me: et contexerunt me te
nebre Et dixi quis da
bit michi pennas sicut co
lumbe: et uolabo et requi
escam Ecce elongaui
fugiens: et mansi in solitu
dine Expectabam eum
qui saluum me fecit: a pu



sillanimitate spūs et tempes
tate Precipita domine et
diuide linguas eorum : quō
uidi iniquitatem et contra
dictionem in ciuitate Die
ac nocte circumdabit eam
super muros eius iniquitas :
et labor in medio eius et i
iusticia Et non defecit
de plateis eius : usura et do
lus Quō si inimicus meus
maledixisset michi : susti
nuissem utique Et si is q̄
oderat me super me magna
locutus fuisset : abscondisse
me forsitan ab eo Tu ue
ro homo unanimis : dux me
us et notus meus Qui
simul mecum dulces capie
bas cibos : in domo dei ambu
lauimus cum consensu :
Veniat mors super illos :
et descendant in infernum
uiuentes Quō nequicie
in habitaculis eorum : in
medio eorum Ego autē
ad dominū clamaui : et do

minus saluabit me Ves
pere et mane et meridie n
rabo et annunciabo : et ex
audiet uocem meā Re
dimet in pace animam
meam ab hiis qui appro
pinquant michi : quoniā
inter multos erant mecū
Exaudiet deus et humi
liabit illos : qui est ante
secula Non enim est
illis commutacio et nō ti
muerunt deum : extendit
manum suam in retribu
endo Contaminauerūt
testamentum eius : diuisi
sunt ab ira uultus eius
et appropinquauit cor il
lius Molliti sunt ser
mones eius super oleum
et ipsi sunt iacula Iac
ta super dominū curam
tuam et ipse te enutriet :
et non dabit in eternum
fluctuacionem iusto :
Tu uero deus deduces
eos in puteum interitus

Viri sanguinum et do
losi non dimidiabunt di
es suos: ego autem spera
bo in te domine. ant. Aver
tet dns captivitatem plebis sue

Miserere mei deus quoniam
conculcavit me ho
mo: tota die impugnans
tribulavit me. Concul
caverunt me inimici mei
tota die: quoniam multi bella
tes adversum me. Ab
altitudine diei timebo:
ego autem in te sperabo.
In deo laudabo sermo
nes meos: in deo speravi
non timebo quid faciat
michi caro. Tota die
verba mea execrabantur:
adversum me omnes co
gitaciones eorum in malum.
Inhabitabunt et ab
scondent: ipsi calcaneum
meum observabunt.
Sicut sustinuerunt
animam meam: pro
nichilo salvos facies illos
in ira populos confringes.
Deus vitam meam an
nunciavi tibi: posuisti la
crimas meas in conspectu
tuo. Sicut et in promis
sione tua: tunc convertentur
inimici mei retrorsum. In
quacumque die invocavero
te: ecce cognovi quoniam
deus meus es. In deo lau
dabo verbum in dno lauda
bo sermonem in deo speravi:
non timebo quid faciat mi
chi homo. In me sunt
deus vota tua: que reddam
laudaciones tibi. Quo
niam eripuisti animam
meam de morte et pedes me
os de lapsu: et placeam co
ram deo in lumine viventium.

Miserere mei deus mi
serere mei: quoniam
in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum
tuarum sperabo: donec tra
nseat iniquitas. Clama
bo ad deum altissimum

deum qui benefecit michi
Misit de celo et liberauit
me: dedit in opprobrium con
culcantes me. Misit deus mi
sericordiam suam et veri
tatem suam: et eripuit ani
mam meam de medio ca
tulorum leonum dormiui
conturbatus. Filii homi
num dentes eorum arma
et sagitte: et lingua eorum
gladius acutus. Exalta
re super celos deus: et in om
nem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt
pedibus meis: et incurua
uerunt animam meam.
Foderunt ante faciem
meam foueam: et incide
runt in eam. Paratum
cor meum deus paratum
cor meum: cantabo et psal
mum dicam. Exurge
gloria mea exurge psalte
rium et cythara: exurgam
diluculo. Confitebor ti
bi in populis domine: et
psalmum dicam tibi in gen
tibus. Quoniam mag
nificata est usque ad celos
misericordia tua et usque ad
nubes veritas tua. Ex
altare super celos deus: et
super omnem terram glo
ria tua. Ant. Quoniam
in te confidit anima mea
Si vere utique iustici
am loquimini: rec
te iudicate filii hominum
Etenim in corde iniq
uitates operamini in terra:
iniusticias manus vestre
concinnant. Alienati
sunt peccatores a vulua:
errauerunt ab utero locu
ti sunt falsa. Furor illis
secundum similitudinem
serpentis: sicut aspidis
surde et obturantis aures
suas. Que non exaudiet
vocem incantancium et
venefici incantantis sapi
enter. Deus conteret den
tes eorum in ore ipsorum

mollas leonum confringet
dns. [A]d nichilum deue
nient tanquam aqua decurrens:
intendit arcum suum donec
infirmentur [S]icut cera
que fluit auferentur: super
cecidit ignis et non viderunt
solem [P]riusquam intelli
gerent spine vestre ramnum:
sicut viventes sic in ira ab
sorbet eos [L]etabitur
iustus cum viderit vin
dictam: manus suas la
uabit in sanguine peccatoris
[E]t dicet homo si utique
est fructus iusto: utique est
deus iudicans eos

[E]ripe me de inimi
cis meis deus meus
et ab insurgentibus in me
libera me [E]ripe me de o
perantibus iniquitatem:
et de viris sanguinum salva
me [Q]uia ecce ceperunt
animam meam: irrue
runt in me fortes [N]eque
iniquitas mea neque pec
catum meum domine: sine
iniquitate cucurri et direxi
[E]xurge in occursum me
um et vide: et tu domine de
us virtutum deus israel:
[I]ntende ad visitandas
omnes gentes: non misere
aris omnibus qui operantur
iniquitatem [C]onverten
tur ad vesperam et famem
patientur ut canes: et cir
cuibunt civitatem [E]c
ce loquentur in ore suo et gla
dius in labiis eorum: quo
niam quis audivit [E]t tu domine
deridebis eos: ad nichilum
deduces omnes gentes

[F]ortitudinem meam
ad te custodiam quia deus
susceptor meus es: deus me
us misericordia eius preveniet me
[D]eus ostendit michi super
inimicos meos: ne occidas e
os nequando obliviscantur
populi mei [D]isperge illos
in virtute tua et depone eos
protector meus domine:

Delictum oris eorum ser
monem labiorum ipsorum
et comprehendantur in super
bia sua. Et de execracione
et mendacio: ãnunciabunt
in consum̄acione. In
ira consum̄acionis et non
erunt: et scient quia deus
dn̄abitur iacob et finium
terre. Convertentur ad
vesperam et famem patie
tur ut canes: et circuibut
civitatem. Ipsi dispergen
tur ad manducandum: si
vero non fuerint saturati
et murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudi
nem tuam et exaltabo ma
ne miām tuam. Quia fac
tus es susceptor meus et re
fugium meum: in die tri
bulacionis mee. Adiu
tor meus tibi psallam: quia
deus susceptor meus es deus
meus mia mea. Añ.
Iuste iudicate filii hominum

Deus repulisti et de
struxisti nos: iratus
es et misertus es nobis.
Commovisti terram et
conturbasti eam: sana co
triciones eius quia commo
ta est. Ostendisti popu
lo tuo dura: potasti nos
vino cōpunctionis. De
disti metuentibus te signi
ficacionem: ut fugiant a
facie arcus. Et liberen
tur dilecti tui: salvū fac
dextera tua: et exaudi me.
Deus locutus est in
sancto suo: letabor et par
tibor sichimā et convalle
tabernaculorū metibor.
Meus est galaad et
meus est manasses: et
effraim fortitudo capitis
mei. Iuda rex meus:
moab olla spei mee. In
ydumeam extendā calci
amentum meū michi
alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in

civitatem munitam: quis
deducet me usque in ydumeam.
Nonne tu deus qui repu
listi nos: et non egredieris
deus in virtutibus nostris.
Da nobis auxilium de
tribulacione: et vana salus
hominis. In deo facie
mus virtutem: et ipse ad
nichilum deducet tribu
lantes nos.
Exaudi deus depreca
cionem meam: in
tende oracioni mee. A fi
nibus terre ad te clamavi:
dum anxiaretur cor meum
in petra exaltasti me. De
duxisti me quia factus es
spes mea: turris fortitudi
nis a facie inimici. In
habitabo in tabernaculo
tuo in secula: protegar in
velamento alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus ex
audisti oracionem meam:
dedisti hereditatem time
tibus nomen tuum. Di

es super dies regis adicies:
annos eius usque in diem ge
neracionis. Permanet
in eternum in conspectu
dei: misericordiam et veritatem eius
quis requiret. Sic psal
mum dicam nomini tuo
in seculum seculi: ut reddam
vota mea de die in diem:
Ant. Da nobis domine auxilium
de tribulacione
Nonne deo subiecta
erit anima mea:
ab ipso enim salutare meum.
Nam et ipse deus meus
et salutaris meus: suscep
tor meus non movebor am
plius. Quousque irruitis
in hominem interficitis u
niversi vos tamquam parieti in
clinato et macerie depulse.
Verumtamen precium
meum cogitaverunt repel
lere: cucurri in siti ore suo
benedicebant et corde suo ma
ledicebant. Verumtamen
deo subiecta esto anima.

mea: quoniam ab ipso pacie
cia mea. Quia ipse deus me
us et salvator meus: adiu
tor meus non emigrabo:
In deo salutare meū et
gl'ia mea: deus auxilii mei
et spes mea in deo ē. Spe
rate in eo omnis congrega
cio populi: effundite coram
illo corda vr̄a: deus adiutor
noster in eternū. Verū
tamen vani filii hominū
mendaces filii hominū in
statteris ut decipiant ipsi de
vanitate in idipsū. No
lite sperare in iniquitate
et rapinas nolite concupis
cere: divicie si affluāt no
lite cor apponere. Semel
locutus est deus duo hec au
divi quia potestas dei est et
tibi domine mīa: quia tu
reddes unicuiqz iuxta opa.
Deus deus Tua
meus ad te de luce
vigilo. Sitivit in te aiā
mea: q̄ multipliciter tibi

caro mea. In terra deser
ta invia et inaquosa sic in
sancto apparui tibi: ut vide
rem virtutem tuam et glo
riam tuam. Quoniā melior
est mīa tua super vitas: la
bia mea laudabunt te:
Sic benedicam te in vi
ta mea: et in nomine tuo
levabo manus meas. Si
cut adipe et pinguedine re
pleatur anima mea: et la
biis exultacionis laudabit
os meum. Sic memor
fui tui super stratum meū
in matutinis meditabor ī
te: quia fuisti adiutor meus
Et in velamento alarū
tuarum exultabo adhesit
anima mea post te: me sus
cepit dextera tua. Ipsi ve
ro in vanū quesierunt ani
mam meam: introibunt
in inferiora terre tradentur
in manus gladii: partes
vulpium erunt. Rex ve
ro letabitur in deo laudabū

Ltur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua

Exaudi deus oracionem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam Protexisti me a conventu malignancium: a multitudine operancium iniquitatem Quia acuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatum: Subito sagittabunt eum et non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam Narraverunt ut absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus Sagitte parvulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorum:

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo Et annunciaverunt opera dei: et facta eius intellexerunt Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde · Amen ·

Ant. A timore inimici eripe animam meam

Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in ierusalem Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet Verba iniquorum prevaluerunt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis: Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabile in equitate Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terre et in mari longe Preparans montes in virtute tua: accinctus

potencia: qui conturbas pro
fundum maris: sonum fluc
tuum eius. Turbabuntur
gentes et timebunt qui habi
tant terminos a signis tuis:
exitus matutini et vespere
delectabis. Visitasti terram
et inebriasti eam: multipli
casti locupletare eam. Flu
men dei repletum est aquis:
parasti cibum illorum quoniam
ita est preparacio eius. Ri
vos eius inebrians multi
plica genimina eius: in stil
licidiis eius letabitur ger
minans. Benedices coro
ne anni benignitatis tue: et
campi tui replebuntur ub
ertate. Pinguescent speciosa
deserti: et exultacione colles
accingentur. Induti sunt
arietes ovium: et valles a
bundabunt frumento cla
mabunt etenim hymnum dicent.
Iubilate deo omnis
terra psalmum dicite
nomini eius: date gloriam

laudi eius. Dicite deo quam
terribilia sunt opera tua do
mine in multitudine vir
tutis tue mencientur tibi
inimici tui. Omnis terra
adoret te et psallat tibi:
psalmum dicat nomini
tuo. Venite et videte ope
ra dei: terribilis in consi
liis super filios hominum.
Qui convertit mare in
aridam: in flumine per
transibunt pede: ibi leta
bimur in ipso. Qui domi
natur in virtute sua in
eternum oculi eius super
gentes respiciunt: qui ex
asperant non exaltentur
in semetipsis. Benedici
te gentes deum nostrum et au
ditam facite vocem laudis
eius. Qui posuit animam
meam ad vitam: et non de
dit in commocionem pedes
meos. Quoniam probasti nos
deus: igne nos examinasti
sicut examinatur argentum

Induxisti nos in laque
um: posuisti tribulaciones
in dorso nostro imposuisti ho
mines super capita nostra
Transivimus per ignē
et aquam: et eduxisti nos
in refrigerium Introi
bo in domū tuam in olo
caustis: reddam tibi vota
mea que distinxerunt labi
a mea Et locutum est
os meum: in tribulacione
mea Holocausta medul
lata offeram tibi cum incē
so arietum: offeram tibi bo
ves cum hircis Venite
audite et narrabo omnes
qui timetis deum: quanta
fecit anime mee Ad ip
sum ore meo clamaui: et
exultaui sub lingua mea
Iniquitatem si aspexi
in corde meo: non exau
diet dominus Propter
ea exaudiuit deus: et attē
dit voci deprecacionis mee
Benedictus deus qui
non amouit oracionem meā:
et miām suam a me
Deus misereatur nri
et benedicat nobis: il
luminet vultum suū super
nos et misereatur nri Ut
cognoscamus in terra viam
tuam: in omnibus gentibz
salutare tuū Confitean
tur tibi populi deus: confite
antur tibi populi omnes:
Letentur et exultent gen
tes quā iudicas populos in
equitate: et gentes in terra
dirigis Confiteantur
tibi populi deus confiteantur
tibi populi omnes: terra de
dit fructum suū Bene
dicat nos deus deus noster
benedicat nos deus et me
tuant eum omēs fines terre
Exurgat deus et dissi
pentur inimici eius
et fugiant qui oderunt eū
a facie eius Sicut deficit
fumus deficiant: sicut flu
it cera a facie ignis sic pere

fiant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur et ex
ultent in conspectu dei: et
delectentur in leticia. Can
tate deo psalmum dicite nomi
ni eius: iter facite ei qui ascen
dit super occasum dominus
nomen illi. Exultate in
conspectu eius turbabuntur
a facie patris orphanorum
et iudicis viduarum. De
us in loco sancto suo: deus qui
inhabitare facit vnius moris
in domo. Qui educit vin
ctos in fortitudine: similiter
eos qui exasperant: qui ha
bitant in sepulcris. Deus
cum egredieris in conspectu
populi tui: cum pertransie
res in deserto. Terra mo
ta est: etenim celi distilla
uerunt a facie dei synay a
facie dei israel. Pluuiam
voluntariam segregabis
deus hereditati tue: et infir
mata est tu vero perfecisti
eam. Animalia tua ha
bitabunt in ea: parasti in
dulcedine tua pauperi deus.
Dominus dabit verbum euan
gelizantibus: virtute mul
ta. Rex virtutum dilec
ti dilecti: et speciei domus
diuidere spolia. Si dormi
atis inter medios cleros:
penne columbe deargentate:
et posteriora dorsi eius in
pallore auri. Dum dis
cernit celestis reges super
eam niue dealbabuntur
in selmon: mons dei mons
pinguis. Mons coagu
latus mons pinguis: ut
quid suspicamini montes
coagulatos. Mons in quo
beneplacitum est deo habi
tare in eo: etenim dominus
habitabit in finem. Cur
rus dei decem milibus mul
tiplex: milia letancium
dominus in eis in synay in sancto.
Ascendisti in altum ce
pisti captiuitatem: acce
pisti dona in hominibus.

Etenim non credentes:
inhabitare dominum deum
Benedictus dns die quo
tidie: prosperum iter faciet
nobis deus salutarium nostror
Deus noster deus salvos
faciendi: et domini domi
exitus mortis Verum
tamen deus confringet ca
pita inimicorum: verticem
capilli: perambulancium
in delictis suis Dixit do
minus ex basan: convertam
convertam in profundum
maris Ut intinguatur
pes tuus in sanguine: lin
gua canum tuorum ex i
nimicis ab ipso Viderunt
ingressus tuos deus: ingres
sus dei mei regis mei qui
est in sancto Prevene
runt principes coniuncti
psallentibus: in medio
iuvencularum timpanis
triarum In ecclesiis be
nedicite deo: dno de fonti
bus isrl Ibi beniamin
adolescentulus: in mentis ex
cessu Principes iuda du
ces eorum: principes zabu
lon et principes neptalim:
Manda deus virtuti tue:
confirma hoc deus quod ope
ratus est in nobis A templo
tuo in ierusalem: tibi offerent
reges munera Increpa
feras arundinis: congrega
cio taurorum in vaccis po
pulorum ut excludant eos
qui probati sunt argento
Dissipa gentes que bella
volunt: venient legati ex
egipto ethiopia preveniet
manus eius deo Regna
terre cantate deo: psallite
domino Psallite deo qui
ascendit super celum celi ad
orientem Ecce dabit vo
ci sue vocem virtutis: date
gloriam deo super isrl mag
nificencia eius et virtus eius
in nubibus Mirabilis
deus in sanctis suis: deus isrl
ipse dabit virtutem et forti



tudinem plebi sue benedictus
deus. an̄. In ecclesiis benedicite do-
mino Inuit
Adoremus dnm̄ qm̄ ipse fecit nos
Salvum
me fac de-
us quon-
iam intra-
uerunt a-
que usque
ad animam meam. In-
fixus sum in limo profundi
et non est substancia. Ve-
ni in altitudinem maris:
et tempestas demersit me
Laboraui clamans rau-
ce facte sunt fauces mee: de-
fecerunt oculi mei dum spe-
ro in deum meum. Mul-
tiplicati sunt sup capillos
capitis mei: qui oderunt
me gratis. Confortati
sunt qui persecuti sūt me
inimici mei iniuste: que
non rapui tūc exsoluebam
Deus tu scis insipiēciā
meam et delicta mea a te
non sunt abscondita:
Non erubescant in me
qui expectant te domine:
domine uirtutū. Non
confundantur super me:
qui querunt te deus israel
Quoniam propter te susti-
nui opprobrium: operuit
confusio faciem meam:
Extraneus factus sum
fratribus meis: et peregri-
nus filiis matris mee:
Quoniam zelus domus tue co-
medit me: et opprobria ex-
probrancium tibi ceciderunt
super me. Et operui in
ieiunio animā meam: et
factum est in opprobrium
michi. Et posui uestimē-
tum meum cilicium: et
factus sum illis in para-
bolam. Aduersum me
loquebantur qui sedebant
in porta: et in me psalle-
bant qui bibebant uinum
Ego uero oracionē meā
ad te dn̄e tempus bn̄pla-

cati deus. In multitudine
mie tue exaudi me: in veritate
te salutis tue. Eripe me de
luto ut non infigar: libera
me ab hiis qui oderunt me:
et de profundis aquarum:
Non me demergat tēpes
tas aque: neq3 absorbeat me
profundum: neq3 urgeat su
per me puteus os suum:
Exaudi me domine quō
benigna est mīa tua: secun
dum multitudinē misera
cionum tuarum respice in
me. Et ne avertas faciē
tuam a puero tuo: quoniā
tribulor velociter exaudi me
Intende anime mee et
libera eam: propter inimi
cos meos eripe me. Tu scis
improperium meum et cō
fusionem meam: et reveren
ciam meam. In conspec
tu tuo sunt omnes qui tri
bulant me: improperium
expectavit cor meum et mi
seriam. Et sustinui qui

simul contristaretur et non
fuit: et qui consolaretur et nō
inveni. Et dederunt in escā
meam fel: et in siti mea po
taverunt me aceto. Fiat
mensa eorum coram ipsis in
laqueum: et in retribuciones
et in scandalum. Obscurē
tur oculi eorum ne videant:
et dorsum eorum semper in
curva. Effunde super eos
iram tuam: et furor ire tue
comprehendat eos. Fiat ha
bitacio eorum deserta: et in
tabernaculis eorum nō sit
qui inhabitet. Quoniā
quem tu percussisti persecu
ti sunt: et super dolorem vul
nerum meorum addiderūt.
Appone iniquitatem sup
iniquitatem eorum: et nō
intrent in iusticiam tuam.
Deleantur de libro vivē
cium: z cum iustis non scri
bantur. Ego sum paup
et dolens: salus tua deus sus
cepit me. Laudabo nomē



dei cum cantico: et magnifi
cabo eum in laude. Et pla
cebit deo super vitulum no
vellum: cornua producen
tem et ungulas. Videant
pauperes et letentur: querite
dominum et vivet anima vestra.
Quoniam exaudivit pauperes
dominus: et vinctos suos non de
spexit. Laudent illum celi
et terra: mare et omnia rep
tilia in eis. Quoniam deus
salvam faciet syon: et edifica
buntur civitates iude. Et
inhabitabunt ibi: et here
ditate acquirent eam. Et
semen servorum eius possi
debit eam: et qui diligunt
nomen eius habitabunt
in ea.

Deus in adiutorium
meum intende: do
mine ad adiuvandum me
festina. Confundantur
et revereantur qui querunt
animam meam. Avertan
tur retrorsum et erubescant
qui volunt michi mala.
Avertantur statim e
rubescentes qui dicunt
michi euge euge. Exul
tent et letentur in te omnes
qui querunt te: et dicant
semper magnificetur dominus
qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus et pau
per sum: deus adiuva me.
Adiutor meus et libera
tor meus es tu: domine ne
moreris. Añ. Domine deus
in adiutorium meum intende.

In te domine speravi
non confundar in
eternum in iusticia tua
libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem
tuam: salva me. Esto
michi in deum protectorem
et in locum munitum ut
salvum me facias. Quoniam
firmamentum meum et
refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de
manu peccatoris: et de ma

im contra legem agentis et
iniqui Quoniam tu es
paciencia mea domine: spes
mea a Juventute mea:
In te confirmatus sum
ex utero: de ventre matris
matris mee tu es protector
meus In te cantacio
mea semper: tanquam prodi
gium factus sum multis
et tu adiutor fortis Re
pleatur os meum laude:
ut cantem gloriam tuam
tota die magnitudinem tuam
Ne proicias me in tem
pore senectutis: cum defece
rit virtus mea ne derelin
quas me Quia dixerunt
inimici mei michi: et qui
custodiebant animam meam
consilium fecerunt in unum
Dicentes deus dereliquit
eum persequimini et con
prehendite eum: quia non
est qui eripiat Deus ne
elongeris a me: deus meus
in auxilium meum respi
ce Confundantur et defici
ant detrahentes anime mee:
operiantur confusione et pu
dore qui querunt mala mi
chi Ego autem semper
sperabo: et adiciam super
omnem laudem tuam Os
meum annunciabit iustici
am tuam tota die salutare
tuum Quoniam non cog
novi litteraturam: introibo in
potencias domini: domine
memorabor iusticie tue so
lius Deus docuisti me a
Juventute mea: et usque nunc
pronunciabo mirabilia tu
a Et usque in senectam et
senium: deus ne derelinquas
me Donec annunciem bra
chium tuum: generacioni omni
que ventura est Potenciam
tuam et iusticiam tuam
deus usque in altissima que
fecisti magnalia: deus quis
similis tibi Quantas os
tendisti michi tribulaciones
multas et malas: et conversus

uiuificasti me: et de abissis
terre iterum reduxisti me
Multiplicasti magnifi
cenciam tuã: et conuersus
consolatus es me Nam
et ego confitebor tibi in ua
sis psalmi ueritatem tuã
deus psallam tibi in cytha
ra sanctus isrl' Exulta
bunt labia mea cum can
tauero tibi: et anima mea
quam redemisti Sed
et lingua mea tota die me
ditabitur iusticiam tuã:
cum confusi et reueriti fu
erint qui querunt mala
michi

Deus iudicium tuũ
regi da: et iusticiã
tuam filio regis Iudica
re populum tuũ in iusti
cia: et pauperes tuos in iu
dicio Suscipiant mon
tes pacem populo: et colles
iusticiam Iudicabit
pauperes populi: et saluos
faciet filios pauperum: et
humiliabit calũpniatorẽ
Et permanebit cum
sole et ante lunam: in
generacione et generacio
nem Descendet sicut
pluuia in uellus: et si
cut stillicidia stillancia
super terram Orietur
in diebus eius iusticia
et abundancia pacis do
nec auferatur luna Et
dominabitur a mari usq;
ad mare: et a flumine
usq; ad terminos orbis
terrarum Coram illo
procident ethiopes: et in
imici eius terram lingẽt
Reges tharsis et insu
le munera offerent: re
ges arabum et saba do
na adducent Et ado
rabunt eum omnes re
ges: omnes gentes ser
uient ei Quia liberabit
pauperem a potente: et pau
perem cui non erat adiu
tor Parcet pauperi et

inopi: et animas pauperū
salvas faciet. Ex usuris
et iniquitate redimet aiās
eorum: et honorabile no
men eorum corā illo. Et
vivet et dabitur ei de auro
arabie: et adorabunt de ipō
semper: tota die benedicent
ei. Erit firmamentum
in terra in summis moncium
superextolletur super liba
num fructus eius: et flore
bunt de civitate sicut fenū
terre. Sit nomen eius
benedictum in secula: ante
solem permanet nomē eius.
Et benedicentur in ipō
omnes tribus terre omēs
gentes magnificabūt eū.
Benedictus deus israel:
qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen
maiestatis eius in eternum:
et replebitur maiestate ei9
omnis terra fiat fiat aū.
Esto michi dn̄e in deū ptectorē
Quam bonus israel de
us: his qui recto sūt

corde. Mei autem pene mo
ti sunt pedes: pene effusi sūt
gressus mei. Quia zelavi
super iniquos: pacem pecca
torum videns. Quia nō
est respectus morti eorum:
et firmamentū in plaga
eorum. In labore homi
num non sunt: et cum ho
minibus nō flagellabunt.
Ideo tenuit eos superbia
operti sunt iniquitate ⁊ im
pietate sua. Prodiit qua
si ex adipe iniquitas eorū:
transierunt in affectum
cordis. Cogitaverunt et
locuti sunt nequiciam in
iquitatem in excelso locuti
sunt. Posuerunt in celū
os suum: et lingua eorum
transivit in terra. Ideo
convertetur populus meus
hic: et dies pleni invenie
tur in eis. Et dixerunt
quomodo scit deus: et si est
sciencia in excelso. Ecce
ipsi peccatores et abundā
tes in seculo: obtinuerūt

diuicias. Et dixi ergo si
ne causa iustificaui cor me
um: et laui inter innocen
tes manus meas. Et fui
flagellatus tota die: et casti
gacio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic:
ecce nacionem filiorum tu
orum reprobaui. Existi
mabam ut cognoscerem:
hoc labor est ante me. Do
nec intrem in sanctuariũ
dei: et intelligam in nouis
simis eorum. Uerumta
men propter dolos posuisti
eis: deiecisti eos dum alle
uarentur. Quomodo fac
ti sunt in desolacionem: su
bito defecerunt perierunt p
pter iniquitatem suã. Ue
lut sompnium surgencium: do
mine in ciuitate tua yma
ginem ipsorum ad nichilũ
rediges. Quia inflãma
tum est cor meum: et renes
mei cõmutati sunt et ego ad
nichilum redactus sum et
nesciui. Ut iumentum
factus sum apud te: et ego
semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam
et in uoluntate tua dedux
isti me: et cum gloria susce
pisti me. Quid enim mi
chi est in celo: et a te quid
uolui super terram. Defe
cit caro mea et cor meum:
deus cordis mei et pars mea
deus in eternũ. Quia ec
ce qui elongant se a te peri
bunt: perdidisti omnes qui
fornicantur abs te. Michi
autem adherere deo bonum
est: ponere in domino deo spẽ
meam. Ut annunciem oẽs
predicaciones tuas: in portis
filie syon.
Ut quid deus repulisti
in finem: iratus est
furor tuus super oues pascue
tue. Memor esto congrega
cionis tue: quam possedisti
ab inicio. Redemisti uir
gam hereditatis tue: mons
syon in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in

superbias eorum in finem: q̃
ta malignatus est inimicus
in sancto E t gloriati sunt
qui oderunt te: in medio so
lemnitatis tue P osuerunt sig
na sua signa et non cognoue
runt: sicut in exitu super sũ
mũ Q uasi in silua ligno
rum securibus exciderunt
ianuas eius in idipm̃: in se
curi et ascia deiecerunt eam
I ncenderunt igni sanc
tuarium tuũ: in terra pollu
erunt tabernaculum noĩs
tui D ixerunt in corde suo
cognacio eorum simul: quie
escere faciamus omnes dies
festos dei a terra S igna
nr̃a non vidimus iam nõ
est propheta: et nos non cog
noscet amplius V squequo
deus improperabit inimicus:
irritat aduersarius tuus ĩ
finem V t quid auertis
manum tuam et dexteram tuam:
de medio sinu tuo in finem
D eus autem rex noster
ante secula: operatus est

salutem in medio terre T u
confirmasti in uirtute tua ma
re: contribulasti capita draco
num in aquis T u confre
gisti capita draconis: dedisti
eum escam populis ethiopũ
T u dirupisti fontes et
torrentes: tu siccasti fluuios
ethan T uus est dies et
tua est nox: tu fabricatus es
auroram et solem T u fe
cisti omnes terminos terre
estatem et ver tu plasmasti
ea M emor esto huius ĩ
imicus improperabit dñõ:
et populus insipiens incita
uit nomen tuũ N e tra
das bestiis animas confitẽ
tes tibi: et animas paupe
rum tuorum ne obliuiscaris ĩ
finem R espice in testa
mentum tuũ: quia repleti
sunt qui obscurati sunt terre
domibus iniquitatũ N e
auertatur humilis factus
confusus: pauper et inops
laudabunt nomen tuum
E xurge deus iudica cau

sam tuam memor esto im
properiorum tuorum: eorum
qui ab insipiente sunt tota
die. Ne obliviscaris voces
inimicorum tuorum: superbia
eorum qui te oderunt ascen
dit semper. Ant. Liberasti
virgam hereditatis tue.

Confitebimur tibi de
us confitebimur:
et invocabimus nomen tu
um. Narrabimus mira
bilia tua: cum accepero tem
pus ego iusticias iudicabo.
Liquefacta est terra et
omnes qui habitant in ea:
ego confirmavi columnas
eius. Dixi iniquis nolite
inique agere: et delinquen
tibus nolite exaltare cor
nu. Nolite extollere in
altum cornu vestrum: nolite
loqui adversus deum in
iquitatem. Quia neque ab
oriente neque ab occidente
neque a desertis montibus
quoniam deus iudex est:
Hunc humiliat et hunc
exaltat: quia calix in ma
nu domini vini meri ple
nus. Et inclinavit ex
hoc in hoc: verumtamen
fex eius non est exinanita:
bibent omnes peccatores
terre. Ego autem annun
ciabo in seculum: cantabo
deo iacob. Et omnia cor
nua peccatorum confrin
gam: et exaltabuntur cor
nua iusti.

Notus in iudea deus:
in israel magnum
nomen eius. Et factus
est in pace locus eius et
habitacio eius in syon:
Ibi confregit potencias:
arcum scutum et gladium
et bellum. Illuminans
tu mirabiliter a montibus
eternis: turbati sunt omnes
insipientes corde. Dormi
erunt sompnum suum: et nichil
invenerunt omnes viri di
viciarum in manibus
suis. Ab increpacione
tua deus iacob: dormitaue

runt qui ascenderunt equos
Tu terribilis es et quis
resistet tibi: ex tunc ira tua
De celo auditum fecis
ti iudicium: terra tremuit
et quieuit Cum exurge
ret in iudicio deus: ut sal
uos faceret omnes mansue
tos terre Quoniam co
gitacio hominis confitebi
tur tibi: et reliquie cogita
cionis diem festum agent
tibi Vouete et reddite
domino: omnes qui in cir
cuitu eius affertis munera
Terribili et ei qui au
fert spiritum principum
terribili apud reges terre
aña. In isrl' magnum nomē eius
Voce mea ad dominum
clamaui: voce me
a ad deum et intendit mi
chi In die tribulacionis
mee deum exquisiui mani
bus meis: nocte contra eum
et non sum deceptus Re
nuit consolari anima mea:
memor fui dei et delectatus
sum et exercitatus sum et de
fecit spiritus meus Antici
pauerunt vigilias oculi
mei: turbatus sum et non
sum locutus Cogitaui
dies antiquos: et annos eter
nos in mente habui Et
meditatus sum nocte cum
corde meo: et exercitabar
et scopebam spiritum meum
Numquid in eternum
proiciet deus: aut non ap
ponet ut complacior sit ad
huc Aut in finem mise
ricordiam suam abscidet:
a generacione in generacionem
Aut obliuiscetur mise
reri deus: aut continebit in
ira sua misericordias suas
Et dixi nunc cepi: hec
mutacio dextere excelsi:
Memor fui operum domini:
quia memor ero ab inicio
mirabilium tuorum Et
meditabor in omnibus o
peribus tuis et in adinuen
cionibus tuis exercebor:
Deus in sancto via tua

quis deus magnus sicut de
us noster: tu es deus qui fa
cis mirabilia Notam fe
cisti in populis virtutem
tuam: redemisti in brachio
tuo populum tuum filios
iacob et ioseph Viderunt
te aque deus viderunt te a
que et timuerunt: et turba
te sunt abissi Multitudo
sonitus aquarum: vocem de
derunt nubes Etenim sa
gitte tue transeunt: vox to
nitrui tui in rota Alluxe
runt choruscaciones tue
orbi terre: commota est et con
tremuit terra In mari
via tua et semite tue in aquis
multis: et vestigia tua non
cognoscentur Deduxisti
sicut oves populum tuum
in manu moysi et aaron

Attendite popule me
us legem meam: in
clinate aurem vestram in ver
ba oris mei Aperiam in
parabolis os meum loquar
propsiciones ab inicio:

Quanta audivimus et
cognovimus ea: et patres
nostri narraverunt nobis
Non sunt occultata a
filiis eorum: in generacio
ne altera Narrantes
laudes domini et virtutes
eius: et mirabilia eius que
fecit Et suscitavit testi
monium in iacob: et legem
posuit in israel Quanta
mandavit patribus nostris no
ta facere ea filiis suis: ut cog
noscat generacio altera:
Filii qui nascentur et ex
surgent: enarrabunt filiis
suis Et ponant in deo
spem suam: et non oblivis
cantur operum dei: et man
data eius exquirant Ne
fiant sicut patres eorum ge
neracio prava et exasperans
Generacio que non di
rexit cor suum: et non est cre
ditus cum deo spiritus eius:
Filii effrem intendentes
et mittentes arcum: conver
si sunt in die belli Non

custodierunt testamentum
dei: et in lege eius noluerunt
ambulare. Et obliti sunt
benefactorum eius: et mira
bilium eius que ostendit
eis. Coram patribus eorum
fecit mirabilia in terra e
gipti: in campo thaneos.
Interrupit mare et per
duxit eos: et statuit aquas
quasi in utre. Et eduxit
eos in nube diei: et tota noc
te in illuminacione ignis.
Interrupit petram in
heremo: et adaquavit eos
velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de pe
tra: et deduxit tanquam flumina
aquas. Et apposuerunt
adhuc peccare ei: in iram
excitaverunt excelsum in
aquoso. Et temptaverunt
deum in cordibus suis: ut
peterent escas animabus
suis. Et male locuti sunt
de deo: dixerunt numquid
poterit deus parare mensam
in deserto. Quoniam percussit
petram et fluxerunt aque:
et torrentes inundaverunt.
Numquid et panem po
terit dare: aut parare men
sam populo suo. Ideo
audivit dominus et distu
lit: et ignis accensus est
in iacob: et ira ascendit
in israel. Quia non cre
diderunt in deo: nec spera
verunt in salutari eius:
Et mandavit nubibus
desuper: et ianuas celi ap
eruit. Et pluit illis man
na ad manducandum: et
panem celi dedit eis. Pa
nem angelorum mandu
cavit homo: cibaria misit
eis in abundancia. Tra
nstulit austrum de celo: et
induxit in virtute sua af
fricum. Et pluit super
eos sicut pulverem carnes:
et sicut arenam maris vo
latilia pennata. Et ceci
derunt in medio castrorum
eorum: circa tabernacula
eorum. Et manducave

erunt et saturati sunt nimis:
et desiderium eorum attulit
eis non sunt fraudati a de
siderio suo. Adhuc esce eo
rum erant in ore ipsorum: et
ira dei ascendit super eos:
Et occidit pingues eorum
et electos israel impedivit
In omnibus his pecca
verunt adhuc: et non credi
derunt in mirabilibus eius
Et defecerunt in vanita
te dies eorum: et anni eorum
cum festinacione. Cum
occideret eos querebant eum
et revertebantur: et diluculo
veniebant ad eum. Et
rememorati sunt quia deus
adiutor est eorum: et deus
excelsus redemptor eorum
est. Et dilexerunt eum
in ore suo: et lingua sua
mentiti sunt ei. Cor autem
eorum non erat rectum cum
eo: nec fideles habiti sunt
in testamento eius. Ipse
autem est misericors et pro
picius fiet peccatis eorum
et non disperdet eos. Et a
bundavit ut averteret ira
suam: et non accendit omnem
iram suam. Et recorda
tus est quia caro sunt: spiritus
vadens et non rediens
Quociens exacerbaverunt
eum in deserto: in iram con
citaverunt eum in inaquoso
Et conversi sunt et temp
taverunt deum: et sanctum
israel exacerbaverunt. Non
sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu
tribulantis. Sicut posuit
in egipto signa sua: et pro
digia sua in campo thaneos
Et convertit in sangui
nem flumina eorum et ym
bres eorum ne biberent:
Misit in eos cynomiam
et comedit eos: et ranam et
disperdidit eos. Et dedit e
rugini fructus eorum et la
bores eorum locuste. Et oc
cidit in grandine vineas e
orum: et moros eorum in pru
ina. Et tradidit grandi


Iumenta eorum: et possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignacionis sue: indignacionem et iram et tribulacionem: Immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue: non pepercit a morte animarum eorum et iumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra egipti: primicias omnis laboris eorum in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues populum suum: et perduxit eos tanquam gregem in deserto. Et eduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare. Et induxit eos in montem sanctificacionis sue: montem quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distribucionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israel. Et temptauerunt et exacerbauerunt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se et non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. In iram concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulacionem eum prouocauerunt. Audiuit deus et spreuit: et ad nichilum redegit valde israel. Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulcritudinem eorum in manus inimici. Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spreuit. Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: et vidue eorum non plorabantur. Et ex

citatus est tanq̃ dormiens
dominus: et tanq̃ potens
crapulatus a vino. Et p
cussit inimicos suos in poste
riora: opprobrium sempit
num dedit illis. Et repu
lit tabernaculum ioseph:
et tribum effraim non
elegit. Sed elegit tribũ
iuda: montem syon quem
dilexit. Et edificauit si
cut unicornis sanctificiũ
suũ: in terra quam funda
uit in secula. Et elegit
dauid seruum suum: et sus
tulit eum de gregibus oui
um de post fetantes accep
eum. Pascere iacob ser
uum suum: et israel here
ditatem suam. Et pa
uit eos in innocencia cor
dis in intellectibus ma
nuum suarũ deduxit eos.
Ant. Tu es deus qui facis
mirabilia
Deus venerunt gen
tes in hereditatem
tuam: polluerunt templũ
sanctum tuũ posuerunt ie
rusalem in pomorum cus
todiam. Posuerunt mor
ticina seruorum tuorum
escas volatilibus celi: carnes
sanctorum tuorum bestiis
terre. Effuderunt san
guinem eorum tanq̃ aquã
in circuitu ierl'm: et non
erat qui sepeliret. Facti
sumus opprobrium vici
nis nr̃is: subsannacio et il
lusio his qui in circuitu
nr̃o sunt. Usquequo dñe
irasceris in finem: accende
tur velut ignis zelus tuus.
Effunde iram tuam i
gentes que te non nouerunt:
et in regna que nomẽ tuũ
non inuocauerũt. Quia
comederunt iacob: et locũ
eius desolauerunt. Ne me
mineris iniquitatum nos
trarum antiquarum: cito
anticipent nos mĩe tue: q
pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos deus saluta
ris noster: et propter gl'iam

nominis tui domine libera
nos: et propicius esto pecca
tis nostris propter nomen tu
um Ne forte dicant in
gentibus ubi est deus eorum:
et innotescat in nacionibus
coram oculis nostris Ulcio
sanguinis servorum tuorum
qui effusus est: introeat in
conspectu tuo gemitus com
peditorum Secundum
magnitudinem brachii
tui: posside filios mortifica
torum Et redde vicinis
nostris septuplum in sinu eo
rum: improperium eorum
quod exprobraverunt tibi
domine Nos autem po
pulus tuus et oves pascue
tue confitebimur tibi in
seculum In generacione
et generacionem: annuncia
bimus laudem tuam

Qui regis israel inten
de: qui deducis velut
ovem ioseph Qui sedes
super cherubim: manifesta
re coram effraim beniamin
et manasse Excita poten
ciam tuam et veni: ut sal
vos facias nos Deus con
verte nos: et ostende faciem
tuam et salvi erimus Do
mine deus virtutum quo
usque irasceris super oracionem
servi tui Cibabis nos pa
ne lacrimarum: et potum
dabis nobis in lacrimis in
mensura Posuisti nos
in contradictionem vicinis
nostris: et inimici nostri subsanna
verunt nos Deus virtutum
converte nos: et ostende faciem
tuam et salvi erimus Vi
neam de egipto transtulisti:
eiecisti gentes et plantasti
eam Dux itineris fuisti
in conspectu eius: et plan
tasti radices eius et implevit
terram Operuit montes
umbra eius: et arbusta eius
cedros dei Extendit palmi
tes suos usque ad mare: et usque
ad flumen propagines eius
Ut quid destruxisti ma
ceriam eius: et vindemiant

cam omnes qui pretergredi
untur uiam Extermi
nauit eam aper de silua: et
singularis ferus depastus
est eam Deus uirtutum
conuertere: respice de celo et
uide et uisita vineam istam
Et perfice eam quam
plantauit dextera tua: et
super filium hominis quem
confirmasti tibi Incen
sa igni et suffossa: ab in
crepacione uultus tui peri
bunt Fiat manus tua
super uirum dextere tue: et
super filium hominis quem
confirmasti tibi Et non
discedimus a te: uiuifica
bis nos: et nomen tuum
Inuocabimus Domine
deus uirtutum conuerte
nos: et ostende faciem tuam
et salui erimus .An.
Propicius esto peccatis nos
tris domine Inuit.
Dominum qui fecit nos ueni
te adoremus



Exultate
deo adiu
tori nostro
iubilate
deo iacob Sumi
te psalmum et date tympa
num: psalterium iocun
dum cum cythara Buc
cinate in neomenia tuba
in insigni die solennita
tis nostre Quia preceptum
in israel est: et iudicium
deo iacob Testimonium
in ioseph posuit illud cum
exiret de terra egipti lin
guam quam non nouerat
audiuit Diuertit ab ho
neribus dorsum eius: ma
nus eius in cophino serui
erunt In tribulacione
Inuocasti me et liberaui
te: exaudiui te in abscon
dito tempestatis probaui
te apud aquam contradic
cionis Audi populus
meus et contestabor te israel
si audieris me non erit in



te deus recens: neq adora
bis deum alienum Ego
enim sum dominus deus
tuus qui eduxi te de terra
egipti: dilata os tuum et
implebo illud Et non
audiuit populus meus
vocem meam: et isrl' non
intendit michi Et dimi
si eos secundum desideria
cordis eorum: ibunt in adin
uencionibus suis Si po
pulus meus audisset me:
israel si in vijs meis am
bulasset Pro nichilo for
sitan inimicos eorum hu
miliassem: et super tribu
lantes eos misissem ma
num meam Inimici
domini mentiti sunt ei: et
erit tempus eorum in secla
Et cibauit eos ex adipe
frumenti: et de petra melle
saturauit eos

DEus stetit in syna
goga deorum: in me
dio autem deos diiudicat
Vsquequo iudicatis ini
quitatem: et facies peccato
rum sumitis Iudicate
egeno et pupillo: humile
et pauperem iustificate :
Eripite pauperem: et e
genum de manu peccato
ris liberate Nescierunt
neq intellexerunt in te
nebris ambulant: moue
buntur omnia fundamenta
terre Ego dixi dii estis et
filii excelsi omnes Vos
autem sicut homines mo
riemini: et sicut unus de
principibus cadetis Sur
ge deus iudica terram: qm
tu hereditabis in omnibz
gentibus an Exultate deo
adiutori nostro

DEus quis similis
erit tibi: ne taceas
neq compescaris deus
Quoniam ecce inimici
tui sonuerunt: et qui ode
runt te extulerunt caput
Super populum tuum
malignauerunt consiliu
et cogitauerunt aduersus



sanctos tuos. Dixerunt ve-
nite et disperdamus eos de gē
te: et non memoretur nomē
isrł ultra. Quoniam cogi
tauerunt unanimiter simul
aduersum te: testamentum
disposuerunt tabernacula
ydumeorum et ismahelite:
Moab et agareni gebalet
amon et amalech: alienige
ne cum habitantibus tyrū
Etenim assur uenit cū
illis: facti sunt in adiutoriū
filijs loth. Fac illis sicut
madian et sisare: sicut ia
bin in torrente cyson. Dis
perierunt in endor: facti sūt
ut stercus terre. Pone
principes eorum sicut oreb
et zeb: et zebee et salmana
Omnes principes eorum
qui dixerunt: hereditate pos
sideamus sanctuarium dei
Deus meus pone illos
ut rotam: et sicut stipulam
ante faciem uenti. Sicut
ignis qui comburit siluam
et sicut flamma comburens
montes. Ita perseque
ris illos in tempestate tua
et in ira tua turbabis illos
Imple facies eorum ig
nominia: et querent nomē
tua domine. Erubescant
et conturbentur in seculum
seculi: et confundantur et
pereant. Et cognoscant
qr nomen tibi dominus: tu
solus altissimus in oī terra
Quam dilecta taberna
cula tua domine uir
tutum: concupiscit et deficit
anima mea in atria domini
Cor meum et caro mea
exultauerunt in deū uiuū
Etenim passer inuenit si
bi domum: et turtur nidū
sibi ubi reponat pullos suos
Altaria tua dn̄e uirtutū
rex meus et deus meus. Be
ati qui habitant in domo
tua domine in secula seculo
rum laudabunt te. Bea
tus uir cuius est auxilium
abs te: ascensiones in corde
suo disposuit in ualle lacri

marum in loco quem posuit
Etenim benedictiones
dabit legislator ibunt de uir
tute in uirtutem : uidebit
deus deorum in syon Domine
deus uirtutum exaudi ora
cionem meam : auribus per
cipe deus iacob Protector
noster aspice deus : et respi
ce in faciem xpi tui Quia
melior est dies una in atri
is : super milia Elegi ab
iectus esse in domo dei mei
magis quam habitare in taber
naculis peccatorum Quia
miam et ueritatem diligit
deus : graciam et gloriam dabit
dominus Non priuabit
bonis eos qui ambulant in
innocencia : domine uirtutum
beatus homo qui sperat in te
Añ. Tu solus altissimus super
omnem terram

Benedixisti domine
terram tuam : auer
tisti captiuitatem iacob :
Remisisti iniquitatem
plebis tue : operuisti omnia

peccata eorum Mitigasti
omnem iram tuam : auer
tisti ab ira indignacionis
tue Conuerte nos deus
salutaris noster : et auerte
iram tuam a nobis Nunquid
in eternum irasceris
nobis : aut extendes iram
tuam a generacione in ge
neracionem Deus tu con
uersus uiuificabis nos : et
plebs tua letabitur in te :
Ostende nobis domine
misericordiam tuam : et sa
lutare tuum da nobis
Audiam quid loquatur
in me dominus deus : quo
niam loquetur pacem in
plebem suam Et super
sanctos suos et in eos qui
conuertuntur ad cor Ve
rumtamen prope timentes
eum salutare ipsius : ut in
habitet gloria in terra nostra
Misericordia et ueritas
obuiauerunt sibi : iusticia
et pax osculate sunt Ve
ritas de terra orta est : et



iusticia de celo prospexit
Etenim dominus dabit
benignitatem: et terra nostra
dabit fructum suum Ius
ticia ante eum ambula
bit: et ponet in via gressus
Inclina domine aurem tuam: et ex
audi me quoniam inops
et pauper sum ego Custodi
animam meam: quoniam
sanctus sum: saluum fac
seruum tuum deus meus
sperantem in te Miserere
mei domine quoniam ad te cla
maui tota die: letifica ani
mam serui tui: quoniam
ad te domine animam me
am leuaui Quoniam
tu domine suauis et mi
tis: et multe misericordie
omnibus inuocantibus
te Auribus percipe domine
orationem meam: et intende
uoci deprecationis mee.
In die tribulacionis
mee clamaui ad te: quia
exaudisti me Non est
similis tui in diis domine:
et non est secundum opera
tua Omnes gentes quas
cunque fecisti venient et ad
orabunt coram te domine: et
glorificabunt nomen tuum
Quoniam magnus es
tu et faciens mirabilia: tu
es deus solus Deduc me
domine in via tua et ingre
diar in veritate tua: letetur
cor meum ut timeat nomen
tuum Confitebor tibi
domine deus meus in toto
corde meo: et glorificabo
nomen tuum in eternum
Quia misericordia tua
magna est super me: et eru
isti animam meam ex in
ferno inferiori Deus in
iqui insurrexerunt super
me: et synagoga potencium
quesierunt animam meam:
et non proposuerunt te in con
spectu suo Et tu domine
deus miserator et misericors:
paciens et multe misericor
die et verax Respice in

me et misereri mei: da im
perium puero tuo et saluũ
fac filium ancille tue
Fac mecum signum ĩ
bono ut videant qui oderũt
me et confundantur: quõ
tu domine adiuvisti me et
consolatus es me. añ.
Benedixisti domine terrã tuam
Fundamenta eius in
montibus sanctis:
diligit dominus portas sy
on super omnia tabernacu
la iacob Gloriosa dicta
sunt de te civitas dei Me
mor ero raab et babilonis:
scientium me Ecce alie
nigene et tyrus et populus
ethiopum: hi fuerunt illic
Numquid syon dicet ho
mo et homo natus est in ea:
et ipse fundavit eam altissi
mus Dominus narra
bit in scripturis populorum:
et principum horum qui fu
erunt in ea Sicut letan
cium: omnium habitacio
est in te

Domine deus salutis
mee: in die clamavi
et nocte coram te Intret
in conspectu tuo oracio mea:
inclina aurem ad precem me
am Quia repleta est ma
lis anima mea: et vita mea
in inferno appropinquavit
Estimatus sum cum de
scendentibus in lacum: factus
sum sicut homo sine adiu
torio inter mortuos liber:
Sicut vulnerati dormien
tes in sepulcris quorum nõ
es memor amplius et ipsi
de manu tua repulsi sunt
Posuerunt me in lacu in
feriori: in tenebrosis et in
umbra mortis Super
me confirmatus est furor
tuus: et omnes fluctus tu
os induxisti super me
Longe fecisti notos me
os a me: posuerunt me ab
hominacionem sibi Tra
ditus sum et non egrediebar
oculi mei languerunt pre
inopia Clamavi ad te

domine tota die expandi ad
te manus meas Nunquid
mortuis facies mirabilia:
aut medici suscitabunt et
confitebuntur tibi Nun
quid narrabit aliquis in
sepulcro misericordiam tu
am: et veritatem tuam in
perdicionem Nunquid
cognoscentur in tenebris
mirabilia tua: et iusticia
tua in terra obliuionis:
Et ego ad te domine cla
maui: et mane oracio me
a preueniet te Ut quid
domine repellis oracionē
meam: auertis faciem tuā
a me Pauper sum ego
et in laboribus a iuuentu
te mea: exaltatus autem
humiliatus sum et contur
batus In me transiert
ut ire: et terrores tui con
turbauerunt me Circu
dederunt me sicut aqua: to
ta die circumdederunt me
simul Elongasti a me
amicum et proximū: et

notos meos a miseria. aña.
Fundamenta eius ī montibz sctis
Misericordias dñi in
eternum cantabo
In generacione et gene
racionem: annunciabo veri
tatem tuam in ore meo:
Quoniam dixisti in eter
num mīa edificabitur in ce
lis: preparabitur veritas tu
a in eis Disposui testa
mentum electis meis: iura
ui dauid seruo meo usqz in
eternum preparabo semen
tuum Et edificabo in ge
neracione et generacionem
sedem tuam Confitebū
tur celi mirabilia tua dñe:
etenim veritatem tuam ī
ecclīa sanctorum Quoni
am quis in nubibus equa
bitur domino: similis erit
deo in filiis dei Deus qui
glorificatur in consilio san
ctorum: magnus et terribi
lis super omnes qui in cir
cuitu eius sunt Domine
deus virtutum quis similis

tibi: potens es domine et ve
ritas tua in circuitu tuo:
Tu dominaris potestati
maris: motum autem fluc
tuum eius tu mitigas. Tu
humiliasti sicut vulneratū
superbum: in brachio virtu
tis tue dispersisti inimicos me
os. Tui sunt celi et tua ē
terra: orbem terre et plen
tudinem eius tu fundasti:
aquilonem et mare tu cre
asti. Thabor et hermon
in nomine tuo exultabūt:
tuum brachium cum potē
cia. Firmetur manus tu
a et exaltetur dextera tua:
iusticia et iudicium prepa
racio sedis tue. Misericor
dia et veritas precedent fa
ciem tuam: beatus populus
qui scit iubilacionem. Do
mine in lumine vultus tui
ambulabunt: et in noīe
tuo exultabunt tota die: et
in iusticia tua exaltabun
tur. Quoniam gloria vir
tutis eorum tu es: et in bene
placito tuo exaltabitur cor
nu nostrum. Quia dn̄i est as
sumpcio nostra: et sancti isrl'
regis nostri. Tunc locutus
es in visione sanctis tuis et
dixisti: posui adiutorium ī
potente et exaltavi electum
de plebe mea. Inveni da
vid servum meum oleo sa
cto meo unxi eum. Manus
si stille super gramina: quia
nomen domini invocabo.
Date magnificenciam deo
nostro: dei perfecta sunt opera &

omnes vie eius iudicia D e
us fidelis et absq; ulla iniqui
tate iustus et rectus: peccave
runt ei et non filii eius in sor
dibus Generacio prava at
q; perversa: heccine domino
reddis popule stulte et insi
piens Numquid non ipẽ
est pater tuus qui possedit
te: et fecit et creavit te
Memento dierum antiquorum:
cogita generaciones singlas
Interroga patrem tuum
et annunciabit tibi: maiores
tuos et dicent tibi Quando
dividebit altissimus gentes:
quando separabit filios adam
Constituit terminos po
pulorum: iuxta numerum
filiorum israel Pars au
tem domini populus eius:
iacob funiculus hereditatis
eius Invenit eum in terra
deserta: in loco horroris et
vaste solitudinis Circũ
duxit eum et docuit: et cus
todivit quasi pupillam o
culi sui Sicut aquila

provocans ad volandum
pullos suos: et super eos voli
tans Expandit alas suas
et assumpsit eos: atq; por
tavit in humeris suis
Dominus solus dux eius
fuit: et non erat cum eo de
us alienus Constituit
eum super excelsam terrã:
ut comederet fructus agrorũ
Ut sugeret mel de petra:
oleumq; de saxo durissimo
Butirum de armento et
lac de ovibus cum adipe ag
norum et arietum filiorum
basan Et hircos cum me
dulla tritici: et sanguinẽ
uve biberent meracissimũ
Incrassatus est dilectus
et recalcitravit: incrassatus
impinguatus dilatatus
Dereliquit deum factorẽ
suum: et recessit a deo salu
tari suo Provocaverunt
eum in diis alienis: et in
abhominacionibus suis ad
iracundiam concitaverũt
Immolaverunt demo

mis et non deo: diis quos ig
norabant Novi recentes
que venerunt: quos non colu
erunt patres eorum Deum
qui te genuit dereliquisti:
et oblitus es domini creato
ris tui Vidit dominus et
ad iracundiam concitatus
est: quia provocaverunt eum
filii sui et filie Et ait ab
scondam faciem meam ab
eis: et considerabo novissima
eorum Generacio perversa
est: et infideles filii Ipsi
me provocaverunt in eo quod
non erat deus: et irritave
runt in vanitatibus suis
Et ego provocabo eos in
eo qui non est populus: et
in gente stulta irritabo il
los Ignis succensus est
in furore meo: et ardebit
ad inferni novissima.
Devorabitque terram cum
germine suo: et montium
fundamenta comburet.
Congregabo super eos
mala: et sagittas meas

complebo in eis Consume
tur fame: et devorabunt eos
aves morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam
in eos: cum furore trahencium
super terram, atque serpen
cium Foris vastabit eos
gladius et intus pavor: Juve
nem simul ac virginem lac
tentem cum homine sene.
Et dixi ubinam sunt: ces
sare faciam ex hominibus
memoriam eorum Sed
propter iram inimicorum
distuli: ne forte superbirent
hostes eorum Et dicerent
manus nostra excelsa: et non
dominus fecit hec omnia.
Gens absque consilio est et
sine prudencia: utinam sa
perent et intelligerent ac no
vissima providerent Quo
modo persequebatur unus
mille: et duo fugarent decem
millia Nonne ideo quia
deus suus vendidit eos: et do
minus conclusit illos Non
enim est deus noster ut dii

corum: Inimici nostri sunt iudi
ces. De vinea sodomorum
vinea eorum: et de suburbi
nis gomorre. Uva eorum
uva fellis: et botri amarissi
mi. Fel draconum vi
num eorum: et venenum
aspidum insanabile. Non
ne hec condita condita sunt
apud me: et signata in the
sauris meis. Mea est ultio
et ego retribuam eis in tempore:
ut labatur pes eorum. Iux
ta est dies perditionis: et ad
esse festinant tempore.
Iudicabit dominus popu
lum suum: et in servis suis
miserebitur. Videbit quod in
firmata sit manus eius: et
clausi quoque defecerunt: resi
duique consumpti sunt. Et
dicent ubi sunt dii eorum: in
quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis co
medebant adipes: et bibebant
vinum libaminum. Sur
gant et opitulentur vobis:
et in necessitate vos prote
gant. Videte quod ego sim
solus: et non sit alius deus
preter me. Ego occidam et
ego vivere faciam: percutiam
et ego sanabo: et non est qui
de manu mea possit eruere.
Levabo ad celum manum
meam: et dicam vivo ego
in eternum. Si acuero ut
fulgur gladium meum: et
arripuerit iudicium ma
nus mea. Reddam ultio
nem hostibus meis: et his
qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas
sanguine: et gladius meus
devorabit carnes. De cru
ore occisorum: et de captivi
tate nudati inimicorum
capitis. Laudate gentes
populum eius: quia sangui
nem servorum suorum ul
ciscetur. Et vindictam re
tribuet in hostes eorum: et
propicius erit terre populi
sui. Ant. Et in servis suis dominus miserebitur.




Benedicite omnia opera domini

domino: laudate et superexal
tate eum in secula. Bene
dicite angeli domini domino
benedicite celi domino. Be
nedicite aque omnes que su
per celos sunt domino: bene
dicite omnes virtutes domini
domino. Benedicite sol et
luna domino: benedicite
stelle celi domino. Bene
dicite ymber et ros domino
benedicite omnis spiritus dei
domino. Benedicite ignis
et estus domino. Benedi
cite frigus et estas domino
Benedicite rores et prui
na domino: benedicite gelu
et frigus domino. Bene
dicite glacies et nives domi
no: benedicite noctes et di
es domino. Benedicite lux
et tenebre domino: benedi
cite fulgura et nubes domino
Benedicat terra dominum
laudet et superexaltet eum
in secula. Benedicite mon
tes et colles domino: bene
dicite universa germinan

cia in terra domino. Bene
dicite fontes domino: benedici
te maria et flumina domino
Benedicite cete et omnia
que moventur in aquis domino
benedicite omnes volucres ce
li domino. Benedicite om
nes bestie et pecora domino
benedicite filii hominum do
mino. Benedicat israel
dominum: laudet et super
exaltet eum in secula. Be
nedicite sacerdotes domini
domino: benedicite servi do
mini domino. Benedicite
spiritus et anime iustorum
domino: benedicite sancti et
humiles corde domino. Be
nedicite anania azaria mi
sael domino: laudate et su
perexaltate eum in secula:
Benedicamus patrem et
filium cum sancto spiritu:
laudemus et superexaltemus
eum in secula. Benedictus
es domine in firmamento
celi laudabilis et gloriosus
et superexaltatus in secula



Te deum laudamus te
dominum confitemur
Te eternum patrem om
nis terra veneratur Tibi
omnes angeli: tibi celi et v
niverse potestates Tibi
cherubim et seraphim: in
cessabili voce proclamant
Sanctus Sanctus.
Sanctus dominus deus
sabaoth Pleni sunt celi
et terra: maiestatis glorie
tue Te gloriosus aposto
lorum chorus Te prophe
tarum: laudabilis nume
rus Te martyrum can
didatus: laudat exercitus
Te per orbem terrarum:
sancta confitetur ecclesia:
Patrem immense maies
tatis Venerandum tuum
verum et unicum filium
Sanctum quoque: para
clitum spiritum Tu rex
glorie xpe Tu patris sem
piternus es filius Tu ad
liberandum suscepturus
hominem: non orruisti
virginis uterum Tu devic
to mortis aculeo aperuisti cre
dentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes
in gloria patris Iudex
crederis: esse venturus.
Te ergo quesumus famu
lis tuis subveni: quos precio
so sanguine redemisti Eter
na fac: cum sanctis tuis in
gloria numerari Salvum
fac populum tuum domine
et benedic hereditati tue.
Et rege eos et extolle illos
usque in eternum Per sin
gulos dies benedicimus te
Et laudamus nomen tu
um in seculum: et in secu
lum seculi Dignare domi
ne die isto: sine peccato nos
custodire Miserere nostri
domine miserere nostri.
Fiat misericordia tua
domine super nos: quemad
modum speravimus in te
In te domine speravi non
confundar in eternum.



Benedictus dominus
deus israel: quia visi
tauit et fecit redempcionem
plebis sue. Et erexit cor
nu salutis nobis: in domo
dauid pueri sui. Sicut lo
cutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophe
tarum eius. Salutem ex
inimicis nr̄is: et de manu
omniū qui oderunt nos.
Ad faciendam misericor
diam cum patribus nr̄is:
et memori testamenti sui
sancti. Iusiurandum q̄d
iurauit ad abraham patrem
nr̄m: daturum se nobis.
Et sine timore de manu
inimicorum nr̄orum libe
rati: seruiamus illi. In
sanctitate et iusticia corā
ip̄o: omnibus diebus nr̄is.
Et tu puer propheta al
tissimi vocaberis: preibis
enim ante faciem domini
parare vias suas. Ad dan
dam scienciam salutis ple
bi eius in remissionem pec
catorum eorum. Per vis
cera misericordie dei nostri
in quibus visitauit nos ori
ens ex alto. Illuminare
his qui in tenebris et in vm
bra mortis sedent: ad dirigē
dos pedes nr̄os ī viā pacis.



Magnificat anima mea
dominum. Et
exultauit sp̄us meus: in deo
salutari meo. Quia respex
it humilitatem ancille sue:
ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generaciones.
Quia fecit michi mag
nā qui potens est: et sanctū
nomen eius. Et mia eius
a progenie in progenies: ti
mentibus eum. Fecit po
tenciam in brachio suo: dis
persit superbos mente cordis
sui. Deposuit potentes de
sede: et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bo
nis: et diuites dimisit ina
nes. Suscepit israel pu
erum suum recordatus est
misericordie sue. Sicut

locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula

Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelacionem gencium: et gloriam plebis tue isrl.

Quicumque vult saluus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit. Fides autem catholica hec est: ut vnum deum in trinitate: et trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes personas neque substanciam separantes. Alia est enim persona patris alia filii: alia spiritus sancti: Sed patris et filii et spiritus sancti vna est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius talis spiritus sanctus. Increatus pater increatus filius increatus spiritus sanctus. Immensus pater immensus filius: immensus spiritus sanctus. Eternus pater eternus filius eternus spiritus sanctus. Et non tamen tres eterni: sed vnus eternus. Sicut non tres increati nec tres immensi sed vnus increatus et vnus immensus. Similiter omnipotens pater omnipotens filius omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens. Ita deus pater deus filius deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dii: sed vnus est deus. Ita dominus pater dominus filius dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini sed vnus est dominus.

Quia sicut singillatim v
namquamque personam de
um ac dominum confiteri xpi
ana veritate compellimur:
ita tres deos aut dominos di
cere: catholica religione pro
hibemur. Pater a nullo
est factus: nec creatus nec
genitus. Filius a patre
solo est: non factus nec crea
tus sed genitus. Spiritus
sanctus a pre et filio non
factus nec creatus nec geni
tus sed procedens. Unus
ergo pater non tres patres:
unus filius non tres filii: unus
sps sctus non tres sps sci. Et i
hac trinitate nichil prius
aut posterius: nichil maius
aut minus. Sed tote tres
persone coeterne sibi sunt et
coequales. Ita ut per om
nia sicut iam supradictum
est: et unitas in trinitate
et trinitas in unitate ve
neranda sit. Qui vult ergo
salvus esse ita de trinitate
senciat. Sed necessarium
est ad eternam salutem ut
incarnacionem quoque domi
ni nri ihu xpi fideliter credat.
Est ergo fides recta ut
credamus et confiteamur:
quia dominus noster ihus
xpus dei filius deus et homo
est. Deus est ex substan
cia patris ante secula geni
tus: et homo est ex substan
cia matris in seculo natus.
Perfectus deus perfectus
homo: ex anima racionali
et humana carne subsistens.
Equalis patri secundum
divinitatem: minor patre
secundum humanitatem.
Qui licet deus sit et ho
mo: non duo tamen sed unus
est xps. Unus autem non
conversione divinitatis in car
nem: sed assumpcione huma
nitatis in deum. Unus
omnino non confusione
substancie: sed unitate per
sone. Nam sicut anima
racionalis et caro unus est
homo: ita deus et homo unus

est xp̄s. Qui passus est pro
salute nr̄a descendit ad infe
ros. tercia die resurrexit a
mortuis. Ascendit ad celos
sedet ad dexteram dei patris
omnipotentis: inde venturus
est iudicare vivos et mortu
os. Ad cuius adventum
omnes homines resurgere
habent cum corporibus suis
et reddituri sunt de factis pro
priis racionem. Et qui bo
na egerunt ibunt in vitam
eternam: qui vero mala in
ignem eternum. Hec est
fides catholica: quam nisi quis
que fideliter firmiterque credide
rit: salvus esse non poterit.

An. Ne reminiscaris domine
delicta nr̄a vel parentum nr̄orum
neque vindictam sumas de peccatis
nr̄is. Parce domine parce populo
tuo: quem redemisti precioso san
guine tuo ne in eternum irascaris
nobis. et ne des hereditatem tuā
in perdicionem propter nomē tuū

Kyrieleison. Christe e
leison. Kyrieleison.

Xp̄e audi nos. Pater de
celis deus miserere nobis.
Fili redemptor mundi de
us miserere nobis. Spiritus
sancte deus miserere nobis
Sancta trinitas unus de
us miserere nobis
Sancta maria ora pro nobis
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginum or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli et
archangeli orate pro nobis
Omnes sancti beatorum
spirituum ordines orate pro nob
Sancte Johannes baptista or
Omnes sancti patriarche
et prophete orate
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte Jacobe or
Sancte Johannes or
Sancte thoma or
Sancte Jacobe or
Sancte philippe or

Sancte bartholomee ora
Sancte mathee ora
Sancte Simon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte marce ora
Sancte luca ora
Sancte barnaba ora
Omnes sancti apostoli et euangeliste orate
Omnes sancti discipuli domini orate
Omnes sci inocētes orate
Sancte stephane ora
Sancte line ora
Sancte Clete ora
Sancte Clemens ora
Sancte Sixte ora
Sancte sipriane ora
Sancte laurenti ora
Sancte Vincenti ora
Sancte georgie ora
Sancte fabiane ora
Sancte sebastiane
Sancte dyonisi cum sociis tuis ora pro.
Sancte maurici cum sociis tuis ora pro.

Sancte thoma ora
Sancte Albane ora
Sancte Edmunde ora
Sancte oswalde ora
Sancte prime ora
Omnes sancti mīres orate
Sancte Siluester ora
Sancte gregorie ora
Sancte hillari ora
Sancte martine ora
Sancte ambrosi ora
Sancte Augustine ora
Sancte Nicholae ora
Sancte Eustasi cum sociis tuis ora
Sancte pauline ora
Sancte cuthberte ora
Sancte dunstane ora
Sancte Swithine ora
Sancte Juliane ora
Sancte Jeronime ora
Sancte Nimane ora
Sancte modane ora
Sancte Seruane ora
Sancte monane ora
Sancte kentigerne ora
Sancte Benedicte ora
Sancte Egidi ora

Sancte Wilelme or
Sancte Leonarde or
Omnes sancti confessores
Sctā maria magdalena
Sctā maria egipciaca or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta agatha or
Sancta agnes or
Sancta Cecilia or
Sancta lucia or
Sancta Scolastica or
Sancta Juliana or
Sancta katherina or
Sancta mergareta or
Omēs sancte uirgīes orāt
Omēs sancti z sctē dei orāt
Propicius esto parce no
bis domine Propicius
esto libera nos domine
Ab omni malo l. nos dñe
Ab insidiis diaboli l. n. d.
A subitanea et improuisa
morte l. n. d. A peste sup
bie l. n. d. A carnalibus de
sideriis l. Ab omni īmū
dicia mentis et corporis. l.
A fulgore z tempestate. l.

Per passionem et crucem
tuam. l. Per gloriosam re
surreccionem tuam l. n. d.
Per admirabilem ascen
sionem tuam. l. Per gra
ciam sancti spūs paracliti. l.
In hora mortis succurre
nobis domine In die
iudicii. l. Peccatores te ro
gamus audi nos Ut pa
cem et concordiam nobis do
nes. Te ro. Ut sanctam ec
clesiam tuam catholicam
regere et defensare digneris
Te ro. Ut dompnum apli
cum et omnes gradus ecclīe
in sancta religione conserua
re digneris te ro. Ut regi
nrō et principibus nrīs pa
cem et ueram concordiam
atq; uictoriam donare dig
neris. te ro. Ut cunctum
populum xpianum precio
so sanguine tuo redemptū
conseruare digneris. te ro.
Ut miserias pauperum
et captiuorum intueri et
releuare digneris te. roga.

Et locum istum et omnes habitantes in eo visitare et consolari digneris te ro. Ut obsequium servitutis nostre rationabile facias te ro. Ut regularibus disciplinis nos instruere digneris te ro. Ut remissionem omnium peccatorum nostrorum nobis donare digneris te ro. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas te ro. Ut cunctis fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris te ro. Ut nos exaudire digneris te ro. Fili dei te ro. Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Xpe audi nos. Kyrieleison. xpe eleison. Kyrieleison. Pater noster. Ave maria. Et ne nos. Et veniat super nos misericordia tua domine. Salutare tuum secundum eloquium tuum. Memento mei domine in beneplacito populi tui. Visita nos in salutari tuo. Memor esto congregationis tue. Quam possedisti ab initio. Domine salvum fac regem. Et exaudi nos die qua invocaverimus te. Salvum fac populum tuum domine. Et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos usque in eternum. Fiat pax in virtute tua. Et habundancia in turribus tuis. Oremus pro benefactoribus nostris. Mitte domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Pro fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper sancta


consolacione gaudere. Per.
Deus cui proprium est
misereri semper et par
cere suscipe deprecacionem
nostram : ut quos delictorum
cathena constringit miseri
cio tue pietatis absoluat. Per.
Deus qui nos a seculi
vanitate conuersos
ad superne vocacionis amo
rem accendis pectoribus
nostris purificandis illa
bere et graciam nobis qua in
te perseueremus infunde ut
protectionis tue muniti pre
sidiis quod te donante pro
misimus impleamus et
nostre promissionis executo
res effecti ad ea que perse
uerantibus in te dignatus
es promittere pertingamus.
Omnipotens sempiter
ne deus qui facis mi
rabilia magna solus pre
tende super famulos tuos
et super cunctas congre
gaciones illis commissas
spiritum gracie salutaris
et ut in veritate tibi compla
ceant. perpetuum eis rorem
tue beatitudinis infunde. Per.
Deus in cuius manu
corda sunt regum qui
es humilium consolator et
fidelium fortitudo et protec
tor omnium in te speranci
um da regi nostro et regine
filiorum eorum et populo christi
ano triumphum virtutis
tue scienter excolere ut per
te semper reparentur ad ve
niam. Per.
Pretende domine famu
lis et famulabus tuis
dexteram celestis auxilii ut
te toto corde perquirant et
que digne postulant asse
quantur. Per.
Deus a quo sancta desi
deria recta consilia et
iusta sunt opera da seruis
tuis illam quam mundus
dare non potest pacem ut
et corda nostra mandatis tuis
dedita : hostium sublata
formidine tempora sint tua

protectione tranquilla. Per.

Adomo tua quesumus domine spirituales nequicie repellantur et aerearum discedat malignitas tempestatum. Per.

Animabus quesumus domine famulorum famularumque tuarum oracio proficiat supplicancium ut eas a peccatis omnibus exuas et tue redempcionis facias esse participes. Per.

Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis atque lapsorum sublevator inenarrabilis fac nos domine famulos tuos sancte dei genitricis semperque virginis marie et omnium sanctorum tuorum tueri presidiis necnon familiaritate ac consanguinitate vel confessione et oracione nobis coniunctis et omni populo xpiano cunctis insidiis fallacis inimici depulsis concede ad celestem patriam redeundi aditum ad defunctorum omnium sacri baptismatis unda renatorum animabus quietem perfrui sempiterna. Per.





Placebo domino in regione vivorum

ps. Dilexi quoniam

an. Heu me quia incolatus meus prolongatus est ps. Ad dominum cum tribularer an. Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus ps. Levavi an. Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit ps. De profundis an. Opera manuum tuarum domine ne despicias ps. Confitebor. a. Audivi vocem de celo dicentem beati mortui qui in domino moriuntur ps. Magnificat Kyriel. Pater noster. Et ne nos. Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis domine Et lux perpetua luceat eis Et non intres in judicium cum servo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens Requiescant in pace Amen ps. Laudi anima mea Requiem eternam. Et lux. A porta inferi. Erue. Credo videre. In terra viventium. Requiescant in pace. domine exaudi. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo

Pro corpore presenti Oracio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere te supplices deprecamur: pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici nec obliviscaris in finem: sed iubeas illam a sanctis angelis suis



cipi atque ad regionem vivorum perduci: quia in te speravit et credidit sanctorum tuorum mereatur societate letari. Oro

Fidelium deus omnium conditor et redemptor: respice clementer in his famulis tuis...

Fidelium deus omnium conditor et redemptor rex inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animas famulorum famularumque tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Oratio

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clemenciam tuam: ut nostrarum congregacionum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consorcium pervenire concedas. Oracio.

Deus cuius misericordie non est numerus...

Deus cuius misericordie anime fidelium requiescunt famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in christo quiescentibus: da propicius veniam peccatorum ut a cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine letentur. Oro

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepisti miserere clementer animabus patris et matris mee eorumque omnia peccata dimitte meque cum eis in eterne claritatis gaudio fac videre. Per. Oracio

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgenciam quam semper optaverunt piis supplicacionibus consequantur. Per dominum. Oracio

Deus indulgenciarum domine: da anime famuli tui .N. cuius anniversarium deposicionis commemoramus refrigerii sedem quietis beatitudinem luminis

claritatem

Pro sacerdote oracio.

Presta quesumus domine ut anima famuli tui N. sacerdotis quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultet. Per.

Pro femina oracio

Quesumus domine pro tua pietate miserere anime famule tue N. et a contagiis mortalibus exutam in eterne salvacionis partem restitue. Per dominum. Invitatorium

Regem cui omnia vivunt. Venite adoremus. Ps. Venite. An. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Ps. Verba mea. An. Convertere domine et eripe animam meam quoniam non est in morte qui memor sit tui. Ps. Domine ne in furore tuo. An. Nequando rapiat ut leo animam meam dum non est qui redimat neque qui salvum faciat. Ps. Domine deus meus. V. A porta inferi: Erue domine animas eorum. Leccio prima.

Parce michi domine nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum aut quid apponis erga eum cor tuum. Visitas eum diluculo et subito probas illum. Usquequo non parcis michi: nec dimittis me ut gluciam salivam meam. Peccavi. Quid faciam tibi o custos hominum. Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum michimetipsi gravis. Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam. Ecce nunc in pulvere dormio. et si mane me quesieris non subsistam. R.

Credo quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum salvatorem meum. V. Quem visurus sum ego ipse et non alius. et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea. Videbo deum salvatorem. Lectio secunda.

Tedet animam meam vite mee dimittam ad

uersum me eloquium meum
loquar in amaritudine ani-
me mee: dicam deo noli me
condempnare. Indica michi
cur me ita iudices. numquid
bonum tibi uidetur si calum
nieris et opprimas me opus
manuum tuarum: et consili
um impiorum adiuues. Nu
quid oculi carnei tibi sunt:
aut sicut uidet homo et tu uide
bis. Numquid sicut dies homi
nis dies tui et anni tui sicut
humana sunt tempora: ut
queras iniquitatem meam et
peccatum meum scruteris et
scias quia nichil impium fe
cerim: cum sit nemo qui de
manu tua possit eruere. R.
Qui lazarum resuscitasti a mo
numento fetidum. Tu eis domine
dona requiem et locum indulgen
cie. V. Requiem eternam dona
eis domine. Et locum indulgencie.

Lectio tercia

Manus tue domine fece
runt me et plasmaue
runt me totum in circuitu: et
sic repente precipitas me
Memento queso quod sicut lu
tum feceris me: et in pulue
rem reduces me. Nonne si
cut lac mulsisti me. et sicut
caseum me coagulasti. Pelle
et carnibus uestisti me. ossi
bus et neruis compegisti me
Vitam et misericordiam tribuisti
michi. et uisitacio tua custo
diuit spiritum meum. R.
Domine quando ueneris iudicare
terram ubi me abscondam a
vultu ire tue. Quia peccaui
nimis in vita mea. V. Com
missa mea pauesco et ante te e
rubesco. dum ueneris iudicare no
li me condempnare. Quia pecca.
ps. Dominus regit me et nichil.
An. In loco pascue ibi me collo
cauit. ps. Ad te domine leuaui
An. Delicta iuuentutis mee et
ignorancias meas ne memineris
domine. ps. Dominus illumina
cio. An. Credo uidere bona domini
in terra viuencium. V. Ne tradas
bestiis animas confitencium tibi.
Et animas pauperum tuorum

Lectio quarta.

Quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea atque delicta ostende michi. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum Contra folium quod uento rapitur ostendis potenciam tuam et stipulam siccam persequeris Scribis enim contra me amaritudines et consumere me uis peccatis adolescencie mee Posuisti in neruo pedem meum et obseruasti omnes semitas meas et uestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi uestimentum quod comeditur a tinea. R. Heu michi domine quia peccaui nimis in uita mea quid faciam miser ubi fugiam nisi ad te deus meus miserere mei dum ueneris in nouissimo die. V. Anima mea turbata est ualde sed tu domine succurre ei. Dum ueneris

Homo natus Lectio quinta

de muliere breui uiuens tempore repletur multis miseriis Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit uelud umbra et numquam in eodem statu permanet Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos et adducere eum tecum in iudicium. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine: nonne tu qui solus es Breues dies hominis sunt numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos qui preteriri non poterunt Recede ergo paulisper ab eo ut quiescat donec optata ueniat: et sicut mercennarii dies eius. R. Ne recorderis peccata mea domine Dum ueneris iudicare seculum per ignem. V. Dirige domine deus meus in conspectu tuo uiam meam. Dum ueneris

Quis michi Lectio sexta.

hoc tribuat ut in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus et constituas michi tempus

in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rursum vivat. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutacio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. R. Induta est caro mea a putridine et sordibus pulveris cutis mea aruit et contracta est. Memento mei domine quia ventus est vita mea. V. Dies mei sicut umbra declinaverunt et ego sicut fenum arui. Memento. Ps. Expectans. an. Complaceat tibi domine ut eruas me domine ad adiuvandum me respice. Ps. Beatus qui intelligit. an. Sana domine animam meam quia peccavi tibi. Ps. Quemadmodum. an. Sitivit anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem domini. V. In memoria eterna erunt iusti ab audicione mala non timebunt

Leccio septima

Spiritus meus attenuabitur dies mei breviabuntur et solum michi superest sepulchrum. Non peccavi et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine et pone me iuxta te et cuius vis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitaciones mee dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem. et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolacio mea et paciencia mea. tu es domine deus meus. R. Peccantem me cotidie et non penitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redempcio miserere mei deus et salva me. V. Deus in nomine tuo salvum me fac. et in virtute tua libera me. Quia in inferno

Lectio octaua

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt tā tummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei mi seremini mei saltem uos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare psequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini. Quis michi tribuat ut scribantur sermones mei. Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo et plumbi lamina uel celte sculpantur in silice. Scio enim quod redemptor meus uiuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum et rursum circumdabor pelle mea: et in carne mea uidebo deum saluatorē meum. Quem uisurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hec spes mea: in sinu meo. ℟. Libera me domine de uiis inferni. Qui portas hereas confregisti et uisitasti infernum et dedisti eis lumen ut uiderent te qui erant in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui portas. Lc. nona.

Quare de uulua eduxisti me: qui utinā consumptus essem ne oculus me uideret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum: finietur breui. Dimitte ergo me domine ut plā gam paululum dolorem meum antequam uadam et non reuertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum. ubi umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitans. ℟. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouendi sunt et terra. Dum ueneris iudicare seculum per ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna

et animam valde Quando celi mo
venda sunt et terra. V. Requies
cant in pace Amen ps Miserere
mei deus. an Exultabunt domi
no ossa humiliata. ps. Te decet
hymnus deus in syon. an Exaudi
domine oracionem meam ad te
omnis caro veniet. ps. Deus deus
meus ad an. Me suscepit dexte
ra tua domine ps. Ego dixi i
dimidio an. A porta inferi erue
domine animas eorum. ps. Lau
date dominum de celis an Om
nis spiritus laudet dominum V.
Audivi vocem de celo dicentem
Beati mortui qui in domino mo
riuntur ps. Benedictus an.
Ego sum resurreccio et vita qui
credit in me eciam si mortuus
fuerit vivet. et omnis qui credit
in me non morietur in eternum
Kyrieleison. Pater noster. Et ne
nos. Oremus pro fidelibus de
functis Requiescant in pace
amen De profundis. Requiem
eternam dona eis Domine. Ore
mus. Pro fidelibus defunctis
Requiescant in pace Amen.

domine exaudi. Dominus vobis
cum. Et cum spiritu tuo Oratio
Inclina domine aurem
tuam ad preces nostras
quibus misericordiam tuam suppli
ces deprecamur ut animas
famulorum famularumque
que tuarum quas de hoc se
culo migrare iussisti in pa
cis ac lucis regione consti
tuas et sanctorum tuorum
iubeas esse consortes. Per. Oracio
Gracias tibi ago domine
sancte pater omnipo
tens deus eterne qui me dig
natus est in hac die custodi
re per tuam sanctam misericordiam
concede michi hanc noctem
mundo corde et corpore sic
pertransire qualiter mane
surgens gratum tibi servici
um exsolvere possum amen

Inicium sancti euangelii secundum Johannem.
Gloria tibi domine qui.

IN principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil: Quod factum est in ipso vita erat et vita erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes. hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine: Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum In mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit. In propria venit et sui eum non receperunt Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt Et verbum caro factum est: et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gracie et veritatis Deo gracias. Antiphona Te invocamus te adoramus te laudamus o beata trinitas ℣ Sit nomen domini benedictum ℟ Ex hoc nunc et usque in seculum

Protector in te sperancium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiam tuam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. P

Sequencia sci euāgelii secūdū
Lucam Gloria tibi domine

In illo tempore missus
est gabriel angelus a deo in ci
uitate galilee cui nomen na
zareth ad virginem desponsa
tam viro cui nomen erat io
seph de domo dauid et nomen
virginis maria Et ingres
sus angelus ad eam dixit:
Aue gracia plena dominus
tecum benedicta tu in mulieri
bus Que cum audisset turba
ta est in sermone eius et cogi
tabat qualis esset ista saluta
cio. Et ait angelus ei Ne ti
meas maria Inuenisti enim
graciam apud dominū Ecce
concipies in vtero et paries fi
lium: et vocabis nomen eius
iesum: hic erit magnus et fili
us altissimi vocabitur. Et
dabit ei dominus deus sedem
dauid patris eius et regnabit
in domo iacob in eternum et
regni eius non erit finis Dix
it autem maria ad angelum
Quomodo fiet istud quoniam
virum non cognosco Et respon
dens angelus dixit ei Spiri
tussanctus superueniet in te: et
virtus altissimi obumbrabit
tibi: Ideoque et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius
dei. Et ecce helizabeth cognata
tua Et ipsa concipiet filium
in senectute sua Et hic men
sis est sextus illi que voca
tur sterilis quia non erit
Impossibile apud deum om
ne verbum: Dixit autem ma
ria ad angelum Ecce ancil
la domini fiat michi secun
dum verbum tuum: Deo
gracias

Sequencia sancti euangelii
secundum matheum:

Gloria tibi domine

Cum natus esset Ihs
in bethleem Iude ī
diebus herodis regis: ecce ma
gi ab oriente venerunt Ihero
solimam dicentes Vbi est
qui natus est rex Iudeorum

Vidimus enim stellam eius
in oriente et venimus adora
re eum: Audiens autem he
rodes rex turbatus est et om
nis hierosolima cum illo: et
congregata omnes princi
pes sacerdotum: et scribas po
puli sciscitabatur ab eis v
bi xps nasceretur: At illi dix
erunt in bethleem iude Sic
enim scriptum est per pro
phetam Et tu bethleem ter
ra iuda nequaquam minima es
in principibus iuda. Ex te
enim exiet dux qui regat po
pulum meum israel: Tunc
herodes clam vocatis magis
diligenter didicit ab eis tem
pus stelle que apparuit eis
Et mittens eos in bethleem
dixit Ite et interrogate dilige
ter de puero: et cum invene
ritis renunciate michi: ut et
ego veniens adorem eu. Qui
audissent regem abierunt:
Et ecce stella quam viderant
in oriente antecedebat eos usque

dum veniens staret supra ubi
erat puer. Videntes autem stel
lam gavisi sunt gaudio mag
no valde Et intrantes domum
invenerunt puerum cum ma
ria matre eius. Et procidentes
adoraverunt eum: Et apertis
thesauris suis obtulerunt ei
munera Aurum thus et mir
ram: Et responso accepto in
somnis ne redirent ad herode
per aliam viam reversi sunt
in regionem suam: Deo gratias

Sequencia sancti euangelii se
cundum marcum: Gloria tibi domine

In illo tempore recu
bentibus undecim
discipulis apparuit
illis dominus iesus et exprobra
vit incredulitatem illorum et
duriciam cordis: quia his qui
viderant eum resurrexisse a
mortuis non crediderant et
dixit eis Euntes in mundum
universum predicate euange
lium omni creature Qui cre
diderit et baptizatus fuerit

saluus erit. Qui vero non cre
diderit condempnabitur. Sig
na autem eos qui crediderint
hec sequentur. In nomine meo
demonia eicient linguis lo
quentur nouis serpentes tollent.
Et si mortiferum quid biberint
non eis nocebit. Super egros
manus imponent et bene ha
bebunt. Et dominus quidem
ihesus postquam locutus est eis as
sumptus est in celum et sedet
a dextris dei. Illi autem profec
ti predicauerunt ubique domino
cooperante et sermonem confir
mante sequentibus signis.
Deo gracias.
Sequatur passio domini nostri ihesu
xpisti secundum matheum
In illo tempore
dixit iesus dis
cipulis suis.
Scitis quia post
biduum pascha fiet et filius
hominis tradetur ut crucifi
gatur. Tunc congregati sunt
principes sacerdotum et senio
res populi in atrium principis
sacerdotum qui dicebatur Cay
phas: et consilium fecerunt ut
iesum dolo tenerent et occiderent.
Dicebant autem: Non in die
festo. Ne forte tumultus fie
ret in populo: Cum autem es
set iesus in bethania in domo
symonis leprosi: accessit ad eum
mulier habens alabastrum vn
guenti preciosi: et effudit sup
caput ipsius recumbentis: Viden
tes autem discipuli: indigna
ti sunt dicentes: Vt quid per
dicio hec: Potuit enim istud ve
numdari multo: et dari paupe
ribus. Sciens autem ihesus: ait
illis. Quid molesti estis huic
mulieri: Opus enim bonum operata
est in me: Nam semper pauperes
habetis uobiscum: me autem non
semper habebitis: mittens enim
hec unguentum hoc in corpus
meum ad sepeliendum me fe
cit. Amen dico uobis: Vbicumque
predicatum fuerit hoc euangelium
in toto mundo dicetur: et quod

hec fecit in memoriam eius:
Tunc abiit unus de duodecim
qui dicebatur Judas scarioth ad
principes sacerdotum: et ait illis:
Quid vultis michi dare et ego
vobis eum tradam: At illi con
stituerunt ei triginta argenteos.
Et exinde querebat opportun
tatem: ut eum traderet: Prima
autem die azimorum: accesse
runt discipuli ad iesum dicentes.
Ubi vis paremus tibi comedere
pascha: At ihesus dixit: Ite in ci
vitatem ad quendam: et dicite
ei: Magister dicit. Tempus me
um prope est: apud te facio pas
cha. Vespere autem facto: discu
bebat cum duodecim discipulis
suis. Et edentibus illis: dixit.
Amen dico vobis: quia unus
vestrum me traditurus est: et
contristati valde: ceperunt sin
guli dicere: Nunquid ego sum
domine: At ipse respondens: ait.
Qui intingit mecum manum
in parapside: hic me tradet: fili
us quidem hominis vadit sicut

scriptum est de illo. Ve autem ho
mini illi: per quem filius ho
minis tradetur: Bonum erat
ei: si natus non fuisset homo il
le: Respondens autem Judas
qui tradit eum: dixit: Nunquid
ego sum rabi: Ait illi: Tu dix
isti: Cenantibus autem eis:
accepit ihesus panem et benedix
it ac fregit: deditque discipulis
suis et ait: Accipite et comedi
te: hoc est corpus meum: Et
accipiens calicem gratias egit: et
dedit illis dicens: Bibite ex hoc
omnes: hic est enim sanguis me
us novi testamenti: qui pro
multis effundetur in remissio
nem peccatorum: Dico autem
vobis: non bibam amodo de hoc
genimine vitis usque in diem
illum cum illud bibam vobis
cum novum in regno patris mei
Et hymno dicto: exierunt in mon
tem oliveti: Tunc dixit illis ihesus
Omnes vos scandalum patie
mini in me: in ista nocte: Scrip
tum est enim: percutiam pastorem

et dispergentur oves gregis Post
q̄ autem resurrexero: precedam
vos in galileam: Respondens au
tem petrus: ait illi: Et si om̄es
scandalizati fuerint in te: ego
nunq̄ scandalizabor: Ait illi ie
sus: Amen dico tibi: quia in hac
nocte anteq̄ gallus cantet: ter
me negabis: Ait illi petrus:
Etiam si oportuerit me mori te
cum: non te negabo: Similit
et omnes discipuli dixerunt. Tūc
venit ihūs cum illis in villam
que dicitur gethsemani: et dixit
discipulis suis: Sedete hic donec
vadam illuc et orem: Et assūp
to petro et duob filiis zebedei:
cepit contristari et mestus esse:
Tunc ait illis: Tristis est anima
mea: usq ad mortem: Sustine
te hic: et vigilate mecum: Et
progressus pusillum: procidit
in faciem suam orans et dicens:
Mi pater: si possibile est trāseat
a me calix iste: Verumtamen
non sicut ego volo: sed sicut tu:
Et venit ad discipulos et invenit
eos dormientes Et dixit petro:
Sic non potuisti vna hora vi
gilare mecum: Vigilate et ora
te: ut non intretis in tentatio
nem: Spiritus quidem promp
tus est: caro autem infirma: Ite
rum secundo abiit: et orauit di
cens: Pater mi si non potest hic
calix transire nisi bibam illū:
fiat voluntas tua: Et venit ite
rum: et invenit eos dormientes
Erant enim oculi eorum grava
ti: Et relictis illis: Iterum abiit:
et orauit tertio eundem sermo
nem dicens. Tunc venit ad
discipulos suos: et dixit illis:
Dormite iam et requiescite: Ec
ce appropinquabit hora: et fi
lius hominis tradetur in ma
nus peccatorum: Surgite ea
mus: Ecce appropinquabit
qui me tradet: Adhuc eo loque
te: ecce iudas vnus de duodeci
venit, et cum eo turba multa
cum gladiis et fustibus missi
a principibus sacerdotum et se
nioribus populi: Qui autem

tradidit eum: dedit illis signū
dicens: Quemcumqꝫ osculatꝰ
fuero: ips̄ est tenete eum: Et
confestim accedens ad iesum:
dixit: Aue rabbi: et osculatus
est eum: Dixitqꝫ illi iesus:
Amice: ad quid uenisti: Tunc
accesserunt et manus iniecerūt
in iesum: et tenuerunt eum:
Et ecce unus ex his qui erant
cum iesu extendens manum
exemit gladium suum: et per
cuciens seruum principis sacer
dotum: amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi Jhūs: Con
uerte gladium tuum in locū
suū. Omnes enī qui accepe
runt gladium: gladio peribūt
An putas quia non possum ro
gare patrem meum: et exhibe
bit michi modo plusqꝫ duodeci
legiones angelorum Quomodo
ergo implebuntur scripture:
Quia sic oportet fieri: In illa
hora: dixit ihūs turbis: Tanqꝫ
ad latronem existis cum gla
diis et fustibus comprehendere
me Quotidie apud uos sedebā
docens in templo: et non me te
nuistis: hoc autem factum est:
ut adimplerentur scripture pro
phetarum. Tunc discipuli omēs
relicto eo fugerunt: At illi tene
tes jesum: duxerunt ad cayphā
principem sacerdotum: ubi scri
be et seniores conuenerant. Pe
trus autem sequebatur eum a
longe: usqꝫ in atrium principis
sacerdotum: Et ingressus intro:
sedebat cum ministris ut uideret
finem: Principes autem sacerdo
tum et omne consilium quere
bant falsum testimoniū contra
iesum: ut eum morti traderent
Et non īuenerunt: cum multi
falsi accessissent. Nouissime au
tem uenerunt duo falsi testes et
dixerunt: hic dicit. Possum de
struere templum dei: et post tri
duum reedificare illud: Et sur
gens princeps sacerdotum: ait illi.
Nichil respondes ad ea que isti ad
uersum te testificantur. Jesus au
tem tacebat. Et princeps sacerdo

tum ait illi: Adiuro te per deū
viuū: ut dicas nobis si tu es
xp̄s filius dei viui: Dixit illi ie
sus: Tu dixisti: Verumtamen
dico vobis: amodo videbitis fi
lium hominis sedentem a dex
tris virtutis dei: et venientem
in nubibus celi: Tunc princeps
sacerdotum: scidit vestimenta
sua dicens: blasphemauit.
Quid adhuc egemus testibꝫ
Ecce nunc audistis blasphemi
am: Quid vobis videtur: At
illi respondentes: dixerunt:
Reus est mortis: Tunc expuerūt
in faciem eius: et colaphis eū
ceciderunt: Alii autem palmas ī
faciem ei dederunt: dicentes:
Prophetiza nobis xp̄e: quis ē
qui te percussit: Petrus autem
sedebat foris in atrio: et accessit
ad eum vna ancilla dicens:
Et tu cum ihū galileo eras: At
ille negauit coram omnibus di
